Postea verò Dominus Nicolinus bastardus in dicto parlamento suæ Excellentiæ, & prædicta omnia dicta, facta, & exposita superius per prædictos Dominos Lanceam, & Fratres ex parte prædictorum laudauit, & quod optimè processerunt in prædictis. Et quod ipse, & alij intendebant de prædictis consulere, & etiam prouidere omnia, quæ essent ad honorem ipsius Domini Marchionis, & ad bonum, & pacificum statum totius Marchionatus Montisferrati, & omnium Vassallorum, hominum, & amicorum ipsius D. Marchionis. Et quod omnes deberent se trahere in partem, & quod super his haberent consilium & cò habito responderent ipsi Domino Marchioni, omnia quæ crederent esse in prædictis, & circa prædicta vtilia, & necessaria. Et hoc dicto omnes prædicti Vassalli, Nobiles,

biles, & populares se traxerunt in partem, & ibidem incontinenti dicta die deliberato Consilio in dicto palatio omnes prædicti Vassalli, Nobiles, & populares redierunt ad præsentiam dicti D. Marchionis in dicto palatio, & loco, in quo erant primo congregati, causa respondendi, & consulendi super prædictis propositis, ex parte ipsius Domini Marchionis per prædictum Dominum Lãceam.

Primò, ex parte prędictorum Vassallorum dictus Dominus Nicolinus bastardus dixit, quod ipsi Vassalli erant omnes parati super prædictis propositis per ipsum D. Lançeam facere ad liberam voluntatem ipsius D. Marchionis, & quod dabant sibi liberam potestatem accipiendi, & eligendi de prædictis Vassallis, Nobilibus, & popularibus illam quantitatem, quæ sibi placeret super prædictis cum ipso ordinandis, sicut sibi ipsi Domino Marchioni videbitur expedire.

Item ex parte dictorum Ambasciatorum, & popularium Iacobus Siccus de Clauaxio dixit, quod dictis popularibus placebat illud, quod dixerat dictus Dominus Nicolinus, & vltra, quod omnes, qui non soluerunt taleam prædictam Montisbelli compellerentur, sicut ipsi Domino Marchioni videtur, & quod super suis pedagijs, & redditibus, & factis proprius ipse prouideret, sicut ei videretur sibi vtilius expedire.

Postea verò Borgosius Tauanus Ambasciator Communis Tridini dixit in dicto parlamento, quod illi de Tridino, & omnes alij de vltra Duriam homines Domini Marchionis erant parati super prædictis facere ad voluntatem, & liberum arbitrium ipsius Domini Marchionis secundum possibilitatem ipsorum.

Postea verò dictus Dominus Nicolinus, ex parte Domini Marchionis dixit, quod dictus Dominus Marchio referebat gratias dictis Vassallis, Nobilibus, & popularibus de suis bonis responsionibus, voluntatibus, & intentionibus, & quod sumpto prandio quilibet faceret, & recederet ad suam liberam volũtatem. Eo saluo, quod electi, & qui eligerentur per ipsum Dominum Marchionem debeant remanere causa consulendi, sicut supradictum est.

Item ea die dictus Dominus Marchio elegit infrascriptos sapientes tàm Nobiles, quàm Populares, causa ordinandi militiam in Terra sua, & prouidendi super prædictis propositis in dicto parlamento per ipsum Dominum Lanceam.

Primò, Dominum Nicolinũ bastardũ.	Marzaidum de Montilio.
Dominum Bertramum Aduocatum.	Facinum de Cunico.
Dominum Conradum de Castiliono.	Thomam de Gabiano.
Vbertinum de S. Sebastiano.	Obertum de Tilio.
Dominos Philipponum, & Bonifacium de Cocconato.	Zabaldanum de Altauilla.
	Bonifacium de Torcello.

Pro Popularibus.

De Clauaxio.	Facinus della Porta.
Dominus Nicolaus de Palatio.	De Vignali.
Iacobus de Miralda.	Morinus.
De Montecaluo.	Ruffinus Brenus.
Vbertinus de Nazarino.	

De

De Montebello.	De Tridino.
Pordomus.	Borghexius Tauanus.
Gulielmus Ferrarius.	Nouellus de Nouellis.

Postea verò eodem anno, & Indictione, die sexto mensis, in dicto palatio Clauaxij, in camera dicti Domini Marchionis, prædictus Dominus Marchio fecit vocari, & congregari prædictos electos ad prædictam militiam ordinandam, & imponendam super alijs propositis, & vltra prædictos electos ipse Dominus Marchio voluit ad prædicta ordinanda infrascriptos Vassallos, Nobiles, & Proceres, Sapientes, & Populares.

Primò, Dominus Petrus de S. Georgio.	Ghionus de Cocconato.
D. Petrus de Ripparia.	Bonifacius de Cocconato.
D. Franciscus de S. Georgio.	D. Henricus de Cocconato.
D. Antonius de S. Georgio.	Iacobus de Gabiano.
D. Vbertus de Caluxio.	Bonifacius de Torcello.
Petrus, & Raynerius de Mazadio.	Vbertus de Saliceto.
Vghetus.	Iacobus Siccus.
D. Gulielmus de Valperga.	Conradus Paterius.
D. Lancea de Cortisellis.) Iudices.	Faciotus de Ricobono.
D. Germanus della Sala.)	Daniel de Birageria.

Quin Dominus Marchio ibidem deliberauit de ipsa militia imponenda cum omnibus supradictis electis, cum alijs Nobilibus, & popularibus superius nominatis, & habita diligenti deliberatione cum prædictis, & examinatione, & prouisione de Consilio ipsorum. Imposuit omnibus, & singulis infrascriptis Vassallis, Nobilibus, & locorum Communibus infrascriptas militias, & equos. Ad honorem, & Indiuiduæ Trinitatis, & omnium Sanctorum, & bono Statu ipsius Domini Marchionis, & pacifico, & omnium suorum Vassallorum, Subditorum, & hominum, & totius Terræ ipsius, & etiam amicorum.

Primo, Dominis, & hominibus de Castiliono.	militias.	2	D. & hominibus Mondouici.	m.	1
Dominis, & hominibus de Cordua.	equum.	1	D. & hominibus Louenciri.	m.	1
D. & hominibus Hosterij.	eq.	1	D & hominibus Pugliani.	m.	1
D. & hominibus Buzolini.	m.	1	D. & hominibus Montilij.	m.	3
D. & hominibus de S. Sebast.	m.	2	D de Montasia pro feudo Castri Veteris.	m.	1
D. & hominibus de Labriano.	m.	1	D de Monteacuto pro feudo Plebate.	eq.	1
Hæredibus D. Antonij de Monteacuto pro feudo Montisacuti, & pro alio, quod tenent à D. Marchione.	eq.	1	D. de Cocconato.		
D. & hominib. de Cabagnolio.	m.	2	Belengerijs de Curcauagno cum suis parentibus.	eq.	1
D. & hominibus de Brusasco.	m.	1	D. & hominibus Castricibari.	m.	1
D. & hominibus Pini.	m.	1	D. & hominibus Cunici.	m.	1
			D. Bertramo cũ alijs cõsortibus, & cũ suis hominib. Muniségi.	m.	1

D. Calcaneis cum suis hominibus de Munisengo.	m.	1
D.Cattaneis Durbechi,& Liuareti cum suis hominibus.	eq.	1
D. & hominibus Malnengi.	eq.	1
D. & hominibus Rusingi.	eq.	1
D. & hominibus Mirolij, & Montiscestiui.	m.	1
D. & hominibus de Gabiano.	m.	2
D. & hominibus Solunghelli.	m.	2
D. & hominibus Cuniolij.	m.	1
D. & hominibus de Torcello.	m.	2
D & hominibus de S.Georgio.	m.	2
D. de Terricula.	m.	1
D.& hominibus de Ozano.	m.	3
D. & hominibus, cum Nobilibus de Tiuilla.	m.	1
D. & hominibus de Cellis.	m.	1
D.& hominib. della Sala.	m.	1
D. Nicolino bastardo cum suis hominibus.	m.	1
D. de Palatio cũ suis hominib.	m.	1
D.& homin b. Ponzani.	m.	1
D. Castelleti,& Ringi.	m.	1
D.Alcherio Merlo cũ fratrib.	m.	1
D. de Castignolis, & hominib. D. Marchionis, & alijs hominibus ipsius loci.	m.	3
D. & hominibus de Tilio.	m.	3
D. & hominibus Oliuolæ.	eq.	1
D. & hominibus Fraxinelli.	m.	2
D. & hominibus Altauillæ.	m.	2
D. & hominibus Camagnæ.	m.	1
D. & hominibus Cuchari.	m.	1
D. & hominibus de Grana.	m.	1
D. de Baudisco.	m.	1
D. Vicecomitibus Lazaroni.	m.	1
D. Cattaneis de Monte.	m.	1
D. de Glarollis.	m.	1
D. de Sarmatia.	m.	1
Communi, & hominibus S. Saluatoris.	m.	6
Communi,& hom.Castelletti.	m.	2
Communi,& hom. Merlini.	m.	2
Communi,& hom.Mirabelli.	m.	1
Communi,& hom. Lù.	m.	6
Communi, & hom.& nobilibus Conzani.	m.	2
Communi, & hom. Vignalis.	m.	6
Communi, & hom.Casurtij.	m.	2
Communi, & hom. Felizani.	m.	3
Communi,& hom. Grazani.	m.	1
Cõmuni,& hom.Mõtiscalui.	m.	6
Communi,& hom. Caliani.	m.	4
Communi,& hom.Tongi.	m.	5
Com.& hom.Odalengi parui.	eq.	1
Cõmuni,& hom.Castelletti.	eq.	1
Communi,& hom.Credæ.	m.	1
Comm.& hom. Montisbelli.	m.	4
Communi,& hom.Camini.	m.	1
Comm.& hom.castri S.Petri.	eq.	1
Comm.& hom Pontisturiæ.	m.	2
Communi,& hom. Casalis.	m.	12
Com.& ho.Burgi S.Martini.	m.	1
Comm.& hom.Rusignani.	m.	4
Comm.& hom.Villæ.	m.	1
Communi,& hom. D.Marchionis de Munisengo.	eq.	1
Hominibus Scãdaluciæ D. Marchionis.	eq.	1
Comm. & hom.Albugnani.	m.	1
Comm. & hom. Berzani.	m.	1
Comm.& hom.S Rapherij.	m.	1
Comm.& hom.Castigneti.	m.	1
Com.& hom.Odalẽgi magni.	m.	1

Vltra Padum.

Dominis de Mazadio, & Castiliono.	m.	1
Dom. de S.Giorgio.	m.	0
Dom de Ripparia,	m.	2
Do.Dirijs,& alijs de Barbaria.	m.	1
Dom. de Fronte.	m.	1
Hæredes D.Guidonis de Maxino pro feudo Strambini.	m.	1

Dom.

Dom. de Castro Vzono. m. 1
com. & homin. Leynici. m. 1
comm. & hom. Verolengi. m. 3
comm. & hom. Labriani, & Nobilibus. m. 4
Nobilibus communi, & hominibus Blandratæ. m. 1
comm. & homin. S. Ianuarij. eq. 1
comm. & hom. Fontaneti, m. 1
Hominibus Palazolij D. Marchionis. eq. 1
comm. & hom. Tridini. m. 5
Nobilibus communi, & hominibus Triumcerrorum. m. 1

Vltra Tanarum.

communi, & hominibus Aquen.
comm. & hominib. cassinarum.
comm. & hominib. Ricaudoni.
communi, & hominibus Alicis, castri Rocherij.
Dom. & hominib. Montaboni.
comm. & hominib. Niciæ.
comm. & hom. curtiscellarum.
com. & ho. Brudini inter omnes. 50
comm. & hom. castelleti Vallis Vrbarum. m. 1
Domino Manfredo Marchioni Saluciarum. m. 10
Dom. de S. Stephano. m. 0
Dom. de casalegio. m. 1
Dom. de Zuchis de Siluano. m. 1
Marchionibus Incisæ. m. 0
Do. Francisco della Rochetta. m. 1
Dom. & hom. de castro nouo. m. 1
Dom. Henrico della Bea. eq. 1
Dom. & hom. de Bubio. m. 1
Leoneto, & hom. Alicis. m. 2
Do. & hom. de Montaudello. eq. 1
Dom. & hom. de Sezano. m. 3
D. Lāciauegis p feudo ritorti. m. 1

Insuper dictus D. Marchio de consilio prædictorum ordinauit, quod quilibet equus armigerus cum ratione valeat libras centum, & viginti Imperiales.

Item quilibet equus armigerus valeat ll. 80. Imperiales.

Item, quod quilibet miles habeat, qui ipsam militiam tenuerit platinas, cum manicis, faudis, & schancherias, cotaronos, capellum ferreum, cum gorgiale, vel barbutam Todescham, & cirothecas de platis. Et quilibet teneatur militiam sibi impositam, siue equum consignare ipsi D. Marchioni, aut Officialibus ipsius infra kal. Martij proximè venturi, cum sufficienti persona, & bene equitante.

L'anno millesimo trecentesimo vigesimo settimo, Indittione quarta, & alli tredeci di Luglio, Vbertino di Vallide, Anselmo Falzono, & il Prete del Borgo Consuli, & Vicarij del luogo di Breme, con consentimento delli Conseglieri, e Credendarij di esso luogo numero trentaquattro, cioè Antonio di Vallide, Vberto Cane, Antonio Cane, Henrico Collo, Nicolò di Vallide, Giouanni Falzono, Giacomo Ballano, Pietro di Burro, il Chierico di Vallide, Gulielmo Collo, Pietro Cane, Giacomo di Falzono, Racuea d'Aynis, il Prete di Vallide, Henrico Zuccono, Henrico del Borgo, Henrico Balzano, Vberto Bernerio, Henrico di Vallide, Henrico Beraldo, Gulielmo de Aynis, Vbertino Gargano, Gulielmo Musso, Gulielmo Bernerio, Henrico di Vallide, Pietro Rettore, Ricardo Zuccone, Francesco di Vallide, Aliuolo di Candiano, Perono de Aynis, Ricardo Cane, e Giouanni di Vallide. Riconoscendo la Terra, & il luogo di Bremide, con l'vniuersa giurisdittion e sua pertinente à Theodoro Marchese di Monferrato, come proprio Signore di esso luogo, & esser sotto il dominio suo, con consentimento dell'Vniuersità del luogo predetto diedero esa Trra, huomini, luogo, & Vniuersità in mano di Germano della Sala Giudice,

& Luo-

& Luogotenente in questo del predetto Marchese, à nome, & vicenda di esso Signore, suoi heredi, e successori col mero, & misto Impero, & ogni Signoria. Volendo, che come Signore naturale per se, heredi, e successori suoi hauesse il dominio perpetuale del detto luogo. Et in segno della vera traditione di essa possessione, e perpetual dominio diedero al predetto Germano le chiaui del castello, e porte di esso luogo. E dopò questo essi Consuli, e Consiglieri giurarono, e fecero la fedeltà à nome del prefato Marchese. Promettendo di osseruare, e far tutto quello, che si contiene nelli capitoli della fedeltà, sotto obligatione di tutti, & vniuersi beni loro; e simil giuramento prestarono per tutte le persone singolari, vniuersità, e popolo d'esso luogo: del che ne fu rogato instromento da Franceschino Torsello Nodaro del predetto Marchese, nel Claustro del Monasterio di S. Pietro di esso luogo, alla presenza di M. Lantalino Abbate di Bremide, il Conte Tomaso di Ameto, ouero di Mede, il Conte Lanfranco suo fratello, il Conte Dominico, & il Conte Musso suoi nepoti, & Ruffino di Vallide.

L'anno mcccxxiij. Manfredo figliuolo legitimo, e naturale di Tomaso Marchese di Saluzzo, & herede instituito nel testamento paterno, fatto nel mccxliiij. del dominio, e Marchesato predetto; instituì suo herede testamentario Federico suo figliuolo delli luoghi, e terre infrascritte; cioè Carmagnola; Raconisio, Mogliabruna, Polunghera, Ternauasio, Caramagna, & Caualier lione. E Manfredo suo primogenito della parte sua di Riuello, Henoria, Martignano, Saluzzo, con villa di Cardeto, Dragonerio con tutta la villa di Santo Damiano, di Pagano, di valle Grana, Monterosio, Prato, di Leuico, col castello di Montemaro, Quadralio, Brenetro, Manta, Versolo, Melo, Fraxino, le ragioni delli Vassalli di Baldesserio, di Valfenaria, di Roffia, di Monasterolio, di Scarnesiso, di Ceruignasco, di Barge, di Santo Fronte, di Paysana, con tutta la valle del fiume Pò, Castellario, Pagni, Brodello, Rossana, Venasca, Costigliole, villa di Votignasco, Lagnasco, Solere, villa Mairana, Salinatore, Rocca bruna, e Pagliaro. Item instituì particolari heredi Theodoro, e Bonifacio suoi figliuoli legitimi, e naturali, cioè Theodoro delli castelli di Farigliano, Montebarchario, Santo Benedetto, Cortemiglia, Burgomale, Perletta, terre d'Vzono, Cairo, Rocchetta di Cairo; della parte sua, delle Carcare, e dell'Altare, con tutte le altre terre, e giurisdittioni, Vassalli, e ragione de' Vassalli, quali haueua, e doueua hauere dal fiume di Tanaro, per fino al fiume di Burmida, per fino al mare; e Bonifacio parimente suo figliuolo di Brozasco, Alpiasco, Villanouetta, Mulazano, e Cameirana, e detto testamento, e diuisione furono poi confirmate nell'inuestitura fatta del Marchesato di Saluzzo al prefato Manfredo Secondo, per Carlo Quarto Imperatore l'anno mccclv.

L'anno della constitutione del Mondo secondo la computatione, e consuetudine Greca, sei milla ottocento, e trentacinque del mese di Nouembre, nella decima Indittione. E secondo la consuetudine Latina, l'anno dell'Incarnatione del nostro Signor Giesù Christo millesimo trecentesimo vigesimo sesto, Indittione nona. Il predetto Marchese essendo vn'altra volta ritornato in Grecia, compose vn'opera della disciplina militare in lingua Greca, nella Città di Constantinopoli, la quale dopò la ritornata sua in Lombardia tradusse di Greco in Latino nella Città di Vercelli. L'anno del Signore mcccxxx. Indittione decimaterza, nel kalen. di Marzo, nella qual parlando di se, scriue nella seguente forma.

Natus

Natus itaque sum ego Actor infrascriptus ex talibus nationibus, & legitimè, maximè ex Dominis naturalibus tàm paternis, quàm maternis, quos ab antiquo tempore Deus honorauit, & gratiam eis attribuit, & concessit inter alios de Mundo. Sèmen namque proprium, & lignagium mei patris Imperij, & Græcorum regimen habere dignoscitur; & ob hoc, quod tàm notorium, & manifestum in Græcia consistit. Ad aliam declarationem nobilitatis prædictorum ad præsens in præsentibus non extendo. Ex parte verò matris meæ attingor ad partes Latinorum, & specialiter ad regimen Hispaniæ, & Aragonis, & ad partes Italiæ. Et est credendum, quod dicti Domini mei, & Antecessores à Deo habuerunt gratiam specialem, & à natura propria compositionem artis Armorum, & omnia necessaria, circa factum guerræ efficaciter exercendæ. Et per experientiam eorum exercitij, quod circa hoc habebant, obtinuerunt vt plurimum, quia semper cum magnis Dominis, & tyrannis eorum confinalibus, & vicinis, quæstiones ad inuicem habentes, facere habebant. Taliter, quod ex dictis quęstionibus vertentibus, guerram simul conabantur exercere, ita quod opportebat, quod se extenderent cum suis gentibus ad eorum defensiones, & tutelam, aciebus suis ordinatis, & ad offensiones, & mortem eorum inimicorum interponere totas suas vires, & ingenia, continuè ipsimet proprij eorum videntes inimicos in campis. Vnde rationibus suprascriptis mihi satis videtur, ad ratificationem probationis meæ nationis vtsupra, me gratiam habere, & compositionem ad prædicta facienda. Natus ego vtsupra, & in eo patrimonio compositus, & nutritus secundum consuetudinem aliorum filiorum dicti Græcorum Imperij, & dum ętatis annorum quatuordecim consisterem, casus fortuitus interuenit morte naturali multum iuueni fratri carissimo Dominæ matris meæ Imperatricis Græcorum videlicet, Domino Ioanni Illust. Marchioni Montisferrati, qui legitimus dicti Marchionatus Dominus erat, & successor. Pro qua morte Marchionatus prædictus sine Domino naturali remansit, & rectore. Et videntes Subditi, Vassalli, & homines dicti Marchionatus carere eorum Domino naturali; & quod sicut oues sine pastore remanserant, & eorum vicinos circumquaque noscentes cupidos, esse compositos ad dicti Marchionatus destructionem. Adeò, quod temporibus retroactis suis malis, & inopinatis operibus prædicta facere ostenderunt, & simul, & ad inuicem congregauerunt de eorum vita, & Marchionatus, sanctione, prouisionem habentes quid gesturi. Et deliberato consilio inter ipsos, solemnem ambasciatam de melioribus, & sapientioribus ipsorum sagaciter ordinarunt, qui indilatè ad prædictam matrem meam venerunt, & cum coram ea applicuissent, statim flexis genibus condolentes, & lacrimantes ex parte omniū, & singulorum dicti Marchionatus, solemnia præcamina protulerunt, eidem asserentes, quod sibi debitè complaceret, & vellet, pietatis intuitu, & misericordiæ commotæ, compassionem habere de ipsius matrimoniali terra; & naturali, & remedium apponere de tantis infirmitatibus Terræ prædictæ, incursibus, & vulneribus causas assignantes, & decernentes hanc solam medicinam, & remedium, & instanter petentes, quia alia explicanda non decernunt; pro quibus eo-

rum legalitatem saluare, & dictam dominationem manutere possent videlicet, quod eorum Dominus, & pius, & ipsius Dominæ Imperatricis pater in sua vltima voluntate, & fine voluit, & ordinauit ex publico testamento Ioannem prædictum eius filium Marchionem esse, tanquam legitimum adherentem successioni Marchionatus prædicti, & Dominum naturalem. Et si casus acciderit ipsum sine hæredibus legitimis à se descendentibus de præsenti sçculo transmigrare; prout multotius secundum cursum naturæ interuenit, prædictæ Dominæ Imperatrici matri meæ filiæ suæ, & eiusdem Domini Marchionis sorori hæreditatem, & successionem, hæreditario nomine plenariè instituendo. Adeò, quod primogenita erat, & præcedebat alijs Dominabus, & filijs dicti D. Marchionis, & nobiliori matrimonio copulata; orta mulieris secundæ, & vxoris secundæ dicti D. Gulielmi, & filiæ D. Alphonsi Regis Hispaniæ. Dimittendo successionem prædictam ipsi Dominæ, & eius filijs integrè, & cum effectu, quod quidem prędictus D. Marchio de iure facere poterat, & debuit iustè, & secundum priuilegia antiqua, & gratias veteres concessa antiquitus, & concessas ab Imperatoribus retroactis. Et illud idem in casu mortis, & vltima voluntate testamentum similiter constituendo voluit, & iussit prædictus D. Marchio Ioannes frater Dominæ iam dicti mei Actoris matris testamentum patris sui, similiter ratificando, & in omnibus approbando. Vnde narratis, & expositis omnibus per Ambasciatores prædictos grauibus lacrymis multum compulsos, & cum vestibus nigris supplicauerunt ipsi Dominæ Imperatrici, vt dignaretur ipsorum ambasciatæ, & petitioni integraliter satisfaçere, & assentire cum effectu; videlicet, vt ipsa vnà cum filijs suis suos dirigeret gressus ad successionem dictæ Terræ, & dominationis, quæ ob mortem dictorum Dominorum Marchionum extitit ad ipsam, & filios suos deuoluta. Et saltem si hoc non potest, ipsam cum dictis filijs suis accedere, vnum ex filijs suis tantum dare dignaretur, & consentire ad dictam dominationem, & successionem omninò, & liberaliter apprehendendam. Ergo consideret omnis homo specialiter ignarus, & qui nouerit qualiter prædicta Domina Imperatrix, & immensibus doloribus, & angustijs noua hæc acceptauit, non in aliquo dubitans, vel suspectans, sic subito talia debere noua ad suas aures peruenire, cum in multis magnalibus, & decentijs Deus omnipotens ipsam doctauerit, & virtutibus decorauerit, supremis tantis & gratijs, de quibus ad præsens duabus de causis tacere decreui. Primò causa non tędium inferendi auditoribus, qui propter multitudinem verborum multoties aggrauantur. Secundò, quod me sufficientem non reputo, neque tantæ virtutis receptorem; & licet aliqui dicere, vel cogitare possent me propriam habere naturam, adeò quod à dicta Imperatrice mea matre, & Domina suscepi nutrimentum, attamen hoc non inspecto ad mei dicti firmationem in præsentibus aliquid declarabo super hoc. Nam verò inter alias virtutes, quibus à Deo omnipotente prædicta Domina extitit decorata, fuit demum valde pia, & compassibilis, & semper intuitu mota pietatis, non solum hominibus, sed etiam animalibus vniuersis. Quodquidem rectè dignoscitur, & manifestè cum maior pars hominum conatur, & studet

studet feras destruere, ipsa verò mota pietate compaciebatur animalibus antedictis, non libenter consentiens morti alicuius, imò condolebat, & in hoc studebat prouidere. Sic tanto fortius est credendum se condolere, & pietati de morte suæ parentelæ, & debiti naturalis; verè mors non inspicit tantum aliquem nec expectat, quod parcat senibus, nec iuuenibus quibuscunque. Et sic Marchio Ioannes frater ipsius Dominæ mortuus extitit dicta morte naturali, de quo ipsa Domina fortiùs condoluit, quàm si in ætate secundum naturalem cursum foret adductus, & specialiter de tali vnico fratre legitimo, & dilecto, maximè non expectando alium fratrem, quia iam carebat Antecessoribus suis, nec ab ipso Marchione Ioanne alicuius conditionis filius est exortus, de quo si hoc fuisset, solamen aliquod habuisset, & potuisset reminisci. Et quod etiam deterius est dictæ suæ terræ destructione inspecta, in qua nata, & nutrita erat, quam nimia delectione amplexabatur, & similiter præfatis Ambasciatoribus inspectis, & talibus vestibus indutis, & actibus compositis, & formatis, sicut egomet actor, qui præsens fui de prędictis, rectum possum testimonium perhibere, quia sensus, & spiritus quasi in ea non remansit, & verè veritatem loquendo non est cor hominis hoc videntis, quod compassione, & pietate non foret imbutum. Postquam autem omnipotens Deus ipsæ de tàm immenso, & graui dolore auxiliatus fuit; cum homo de Mundo ad aliquam consolationem præstan. citra dolorem prædictum sufficiens non fuisset, & specialiter quia in illo superuentu prædicta D. Imperatrix longè se inuenit à prædicto D. Imperatore, & non benè sociatam, vt decebat tantæ nobilitatis personam, & tanti expositi negotij. Et post multa dicta Domina tanquam in Deo disposita ad suam propriam conditionem, & suum esse remeauit, quia sensus perfectus, & magnanimitas eam reducebat. Taliter, quod rectè sapuit ipsum dolorem, prout decebat extinguere, & comportare, & causam remedij opportuni disposuit inuenire. Ergo remedium opportunum, & consilium inuenit hoc modo videlicet. Primò volendo Dei præcepto affectuosè famulari, & doctrinam Diuinæ scripturæ, cui continuè studebat assequi toto posse, idest obediens persistere in omnibus marito suo. Et ob hoc ipsa noua prædicta, & ambasciatam, quam habuit, prædicto D. Imperatori mei actoris prædicta intonauit, vt eidem de prędictis suum consilium exhiberet, quæ, habito ipsius consilio, responsione, & mandatis, & qui mandauit, quod ire non deberet, nullatenus ab eiusdem præceptis desistendo, sed ipsius D. Imperatoris velle, & mandata sequi in omnibus decernendo, iuxtà legem Diuinam, non vanitate aliqua mondana, licet ante disposuisset velle suum suos dirigere gressus, cum filio personaliter in prædicta Terra, seù Marchionatu, & omnia pro posse disponere ad deffensionem suæ Terræ prædictæ, reliquit se personaliter non ituram pro eo, quod Deus omnipotens matrimonium copulauit, & coniunxit, sed vtrique parti satisfacere disposita cum dicto D. Imperatore marito suo remansit. Habebat autem tres filios masculos videlicet, Dominum Ioannem Paleologum despotum, primogenitum, & meliorem, qui transmigrauit ad Dominum valde iuuenis, ne grauiter condolendo. Secundum me Theodorum Pa-

leologum actorem, & ad significationem omnium prædictorum, & operis huius declarationem, scriptorem, & compositorem. Tertium, & vltimum D. Demetrium Paleologum despotum, qui viuit, & quamuis iudicabam prædictum quondam bonæ memoriæ D. Ioannem fratrem meum meliorem, sapientiorem, & vtiliorem esse ad omnia facienda, & exercenda, & specialiter circa dominationes Orbis Terrarum, me Theodoro. Attamen pro eo, quod iam matrimonio aderat copulatus, & alijs negotijs occupatus, voluit prædicta mea mater penes se ipsum retinere, & similiter cum eo dictum D. Demetrium minorem, & iuniorem, quia tunc tam iuuenis aderat, vt nullatenus posset, nec potuisset equitare. Et sic Domina mea mater pro meliori decreuit me secundumgenitum cum præfatis D. Ambasciatoribus in Lombardiam ad dominationem prædictam ire debere ad deffensionem, & substentaculum dictæ suæ Terræ naturalis. Sit autem omnibus notum, quod ipsa D. Imperatrix relatione prędictorum Ambasciatorum primordiè audita cum ipso D. Imperatore tunc in Constantinopoli non consistebat, sed aderat tunc in certis actibus, & tractatib. me in matrimonium collocandi ad partes Ducatus de Athenis, & Valachię, cũ quadam sorore dicti D. Ducis Athenæ cum magno meo honore, ac vtilitate propria valitura, qua propter in paterna mea natione persistebat, & per illud matrimonium secundum conuentiones factas dicta dominia mihi perueniebãt, quia post modicum tempus fratres dictæ Dominæ, & Domini dictarum Terrarum, & dominationum ab hoc sæculo decesserunt, qua de causa conditio, & status meus augumentabatur in partibus illis propter conditiones; quæ postea apparuerunt. Et ideò vniuersi, & singuli scire possunt, & videre immensum dilectionis zelum, & animum affectuosum, quem dicta Domina mater mea in dicta sua Terra, suorumque paternæ donationis, & nationis habere videbatur, quia omnia disponere voluit, & ad nihilum detrahi in eo, quod me suum filium sic locauit, ponendo ad punctum nunquam videndi, & de omnibus periculis alijs, & vniuersis in aliquo non curauit; volendo solum suam Terram, & dominationem prædictam manutenere, & substinere, & in omnibus pro posse eidem succurrere. Ad hoc, quod dicta Terra nullatenus perderetur, inspectis tantis bonis gentibus; quæ videbantur de ipsa liberè confidere, & ne ab ipsis posset improperari, & inculpari, nec quod daret causam dictæ suæ Terræ, vel perditionem amittendi. Et quamuis me insufficientem reputem ad tanta, & tantum negocium perficiendum. Nihilominus volui mandato dictæ meæ matris totaliter famulari non extendẽs me in aliquo alio, quam ei placebat, & prout supradictum est recessi, & iui iuuenis non informatus, nec doctus ad hoc insidijs, atque vulpinis materiæ huius Mundi, & maximè vbi inueni tantas mutationes, & diuersas, tàm moribus, quàm lingua. Et indè fortius, quod absque pecunia, & consilio sufficientibus tanto, & tali negotio applicui. Inueniendo in ipsa Terra Marchionatus zinzaniam maximam, & errorem, quia Vassalli, & homines Marchionatus eiusdem continuè guerriabant ad inuicem debellantes, recusantes me recipere in eorum Dominum naturalem, sicut de iure tenebantur, & sicut promiserant, & mandauerant,

rant, & hoc ob nimiam moram mei transitus interuenit, quia galeæ, & alia necessaria tàm breuiter, vt expediebat, non potuerunt præparari. Et videntes aliqui Marchionatus prædicti Magnates, quod possent dictam Terram sub suo dominio appropriare, ipsam interponere, & infringere conabantur, & indirectè ipsam Terram occupabant, & iam partes quamplures de Terris dicti Marchionatus quampluribus, & de melioribus per dictos Magnates aderant expulsæ. Ad hoc vt fortius, & securius contra me possent dictam Terram deffendere per ipsos iam captam, & tueri. Et præfati, qui dictam meam Terram occupabant, tàm fortes aderant, & promptuosi, quod me cognoscere negligebant, nolentes in aliquo parere iuri, absque armorum virtute, & ingenij guerræ, quod quidem faciebant videntes me iuuenem, & forensem longinquum. Considerandum igitur est, vniuersis, & singulis specialiter doctis, & sapientibus guerræ quomodo ius humanum, & naturalis cursus guerrę poterant me deffendere à prędictis, & quomodo obtinere possem reędificare me ad dominium prædictum de tantis grauibus, & innopinatis conditionibus, absque omnipotentis gratia, & virtute, qui semper est iuris auxiliator, vt dictum est à voce suprema versus Beatum Paulum videlicet, sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Et sic credo, quod accidit in me, quia virtus Domini operata fuit pro me; licet proprio, & modicę ætatis contra Magnates iniuriantes mihi, sicut demonstrauit de Dauid versus Goliam, & tantum gessi prædicta substinendo, quod satis sufficienter auxilio Diuino imminente ad meæ Terræ antedictæ dominium reconciliando detraxi, & cum pluribus ex dictis Magnatibus rebellibus meis honorificè, & bono modo ad conuentionem perueni, ita & taliter, quod quamplures Terræ, quæ per meos Antecessores non possidebantur, meę dominationi cum dictis Terris iusto titulo mediante applicui, coniecturam semper infra talia exercenda multa, & immensa pericula, & casus accidentales habendo, & substinendo. Et quamuis iuxta animi mei desiderium omnia non potui adaptare, tamen Dei auxilio mediante à morte, & à carceribus extiti totaliter liberatus, & cum maiori parte dictorum rebellium meorum ad bonum finem perueni, & perueentus ad ætatem vigintiquinque annorum, vel circa sciens, & intelligens, quod ad partes Imperij Romaniæ, vbi natus fui, & in mea infantia nutritus, vt iam scripsi guerra imminebat, sic quod oportebat primo, & principaliter Diuino auxilio lucidari, & postmodum bonorum succursum, & iuuamen implorare ad deffendendum prædictos Dominos meos Imperatores, & eorum terram, contra quamplures inimicos, & ribelles ipsorum, tàm Christianos inopinatę conditionis, quàm Tartares, Turcas, & alios Barbaros. Deuersusque namque partes matris meę, secundum fortunam grauiorum accidentium temporis mihi occursorum, satis sufficienter iuxta mandatum per dictam Dominam matrem meam mihi factum, meum debitum adimpleui. Volui enim seruire ei, & suum opus bonum adimplere, idest quod ipsa voluit satisfacere vtrique parti videlicet nationi Terræ suæ, Marchionatus Montisferrati, & suæ copulationis matrimonij coniuncturæ. Sic quod ego mandatum prædictum adimpleui in illis partibus

persi-

persistendo, & ibidem iterum vnicam filiam legitimam ex meo matrimonio habui, sic quod mihi apparuit posse relinquere bono modo dictam Terram, speramine dictæ meæ filiæ ad firmationem Marchionatus prædicti, cupiens videre, & seruire dictis Dominis meis Imperatoribus, & debitè famulari, ac etiam causa visitandi omnes alios parentes, & amicos ibidem consistentes; & sentiens super hoc voluntatem, & affectum dictorum Dominorum meorum Imperatoris, & specialiter mei patris, quod tanquam eorum præcepto venire deberem ad ipsos immensè auidos me videndi, & operandi meo exercitio ad eorum seruitia facienda, & causa maxima videndi fuit specialiter. Prima vitæ transmigratio ab hoc sæculo Dominæ Imperatricis matris meæ, & tanquam compositus, vt supra pertransiui, tàm causa mortis dictæ Dominæ matris meæ, quàm causa dictæ meæ nationi seruiendi, vt pro posse, & cum debito naturali possem vtrique debitum adimplere naturale tàm patris, quàm matris, vt non solùm à Deo, sed à gentibus debitè possem collaudari. Veni autem iuxta præceptum, & voluntatem prædictorum Dominorum meorum, non ob hoc quamplura pericula imminentia inspiciendo, quæ aderant tàm furore Maris, & fortunæ, quam inimicorum, & cursorum, & fortius iuxta prædictam meam Terram Montisferrati malos vicinos, & inimicos dimittendo, & imperio prædicto circa duos annos, vel immediatè commoraui, absque eo, quod mihi per dictos Dominos meos Imperatores iniunctum fuerit, vel præceptum, opus aliquod exercendi, quod meo honori applicaretur vt supra, & vt proposueram. Et propter etiam meam absentiam, iam homines Terræ meæ Montisferrati ad inuicem inceperant conturbari, & deuastari. Et talia noua sentiens, & dictis Dominis meis Imperatoribus ea noua, & casum enarrando cum eorum consensu, & licentia ad dictas partes mei Marchionatus remeaui ad consolationem, & ordinationem dominationis terræ prælibare, Peruentus igitur ad dictam Terram, non curans in præsentibus quod mihi in itinere ad dictam Terram Marchionatus applicando interuenit enarrare, licet meo velle libenter omnibus panderetur, sed propter grauamen auditorum, & ne eis tædium inferatur promulgare non extendo. Post modicum autem temporis reædificando pro posse dominationem dictæ Terræ cum magno, licet patibulo sumptibus, & labore, omnipotens Deus mihi alium filium masculum, & legitimum attribuit, & concessit. Cuius natio ad ratificationem, & sublimationem Terræ prædictæ valdè profuit, Et post paucum tempus, & breue in secunda vice à dicto Domino Patre meo Imperatore expresse habui in mandatis, vt ad ipsum meos dirigerem gressus. Quod quidem fuit post modidicum mortis temporis Domini mei, & patris Imperatoris, iam de ipso Imperio coronati, & vt supra dictum est, cupiens præcepta prædicta totaliter adimplere, sicut teneor debito naturali, ordinare disposui, & dispensare Terram, & donationem prædictam cum prædictis meis, licet nimium iuuenibus pro actu meliori, quo valui cum ipsorum matre ad solamen, & tutelam Vassallorum, & hominum dominationis prædictæ, ipsos relinquendo; & postponendo omnia iterum pericula in itinere imminentia, prout supra dictum est, & his partibus prædicta

secun-

secunda vice ad obedientiam, & reuerentiam dicti Domini mei, & patris applicui indistanter perseuerans, & consistens prædicta secunda vice per duos annos, vel circa, & mihi per dictum D. Imperatorem præceptum aliquod, vel commissio nullatenus præcesserunt in aliquo opere perficiendo, semper facere affectanti vtsupra, ita & taliter, quod pondere possem opera, quæ de me emanerent, & meam bonam voluntatem abbundantem in exercito meis iam dictis Dominis, & nationi efficaciter famulandi; & ideò vtsupra dixi quam plurimum affectabam dictis meis Dominis, & nationi liberè famulari, de quo immensè doleo, quod mihi non imposuerunt aliquod opus, per quod possem prodesse probationibus sine verbis. Et nolens frustra plus morari tempus consumando, cogitaui de meæ patriæ seruitio, & dictæ meæ dominationis similiter substentaculo, & defensa, atque omnia tàm necessaria inspicienda imaginaui, & ad maius necessarium accedere, & vbi continuè cum vniuerso desiderio sum postulatus, quia præfati homines mei Marchionatus ob meam absentiam graui submersione turbabantur, & iam plura de meis Castris, & melioribus amiserant. Videns autem, quod inuidia aliquorum Græcorum Magnatum, facta quæ facere affectabam grauè turbulabat. Deliberaui, & decreui licentiam à dictis meis Dominis, & amicis petere specialem recedendi, & eundi ad Terram, & dominationem Marchionatus prædicti, vbi vtsupra dictum est, maius necessarium imminere videbitur, & specialiter sentiens præfatum Imperium male fore dispositum, & gentes inter ipsos taliter, quod remedium aliquod nullatenus poterat apponi, & nolens me discedere ne seruitium aliquod exhibuissem, saltem ad ostendendum meum velle magnum, quod habebam seruiendi vtsuprà mihi apparuit, saltem ostendendo dictis abundare, quia voluntas pro facto reputatur; & vt sapientes, & vera cognoscentes me haberent debitè excusatum, & vt conscientiam meam iuxta Deum purgare satiarem, & vt in hac parte per modum exempli, vel figuræ hæc mea scriptura remaneret.

L'anno mcccxxix. Indittione duodecima, il quinto del mese d'Agosto, il Marchese Theodoro essendo grauato di molti debiti contratti per beneficio del Stato fece vendita à Tomaso Scarampo d'Asti del Castello, Villa, e distretto di Pontestura per prezzo di trenta milla fiorini d'oro, del che ne fù rogato instromento da Bonifacio Morello cittadino d'Iurea Nodaro.

L'anno millesimo trecentesimo trigesimo, Indittione decimaterza, il Martedì primo di Maggio, il Marchese Theodoro diede, & assegnò à Violante sua figliuola maritata in Aimone Conte di Sauoia padre di Amedeo, cognominato il Conte Verde, per la dote sua li Castelli, & Ville di Lancio, Ciriaco, & Caselle, con li mandamenti, e ragioni loro, e con li patti, e conuentioni compresi nell'instromento dotale rogato da Gabriele Ricobono di Chiuasso, Giouanni Ministrale, e Giouanni Rinaldo di Burgaro Notari publici.

L'anno mcccxxxij. Indittione quintadecima, Antonio Marchese di Malaspina fù constituito Podestà nella Città di Terdona per l'eggregio, & nobilissimo Prencipe Signor Theodoro figliuolo porphirogenito dell'Eccellentissimo Imperatore de' Greci Signor generale d'essa Città.

L'anno millesimo trecentesimo trigesimo sesto, il predetto Theodoro confermò vn testamento fatto per lui nel tempo, che gli conuenne andare oltra Monti. Per il quale instituì herede dello Stato Giouanni suo vnico figliuolo nel modo, e forma, che quì segue.

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, Indictione quarta, die decimo nono mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi Patris, & Domini nostri Domini Benedicti Diuina Prouidentia Papæ XII. anno secundo, in præsentia mei Notarij, & testium infrascriptorum. Cum ego Theodorus Marchio Montisferrati, tempore quo gressus meos direxi vltra Montes, disposuerim, & disposui post meum decessum meo Marchionatui prouidere per modum infrascriptum. Ecce quod modo de præsenti dictam meam infrascriptam prouisionem approbo, confirmo, & corroboro, & ità dispono, & ordino iuxta modum, & formam inferius annotatam, quæ talis est. Cum scriptum sit in Euangelio, & Doctrina D. N. Iesu Christi nos doceat, à qua dicimur Christiani, & nos omnes, & maximè Christiani vigilare debemus, & stare parati, cum nescimus diem, neque horam finis nostræ. Idcircò ego Theodorus Marchio Montisferrati licet peccator, & ne modica prouisione, & scientia, attamen tanquam Christianus, & habens aliqualem conscientiam versus Creatorem nostrum Deum omnipotentem, volui hoc verbum pretiosum, & vtile annotare, & maximè, quia disposui me ad partes Vltramontaneas certa mea facta, & ardua exercere, & nolens expectare diem extremum ad ordinandum facta mea, tàm animæ, quàm corporis, ea ordinare decreui prius tempore sanitatis, quam furoris, & tribulationis, quæ contingere possent per modum inferius annotatum, ne scandala, & dissensiones possint oriri, specialiter occasione hæreditatis, & Baroniæ Marchionatus Montisferrati. In primis relinquendo post decessum meum dictam hæreditatem, dominationem, & Baroniam Marchionatus Montisferrati, & omne ius mihi competens, & competiturum obueniens, & obuenturum ratione Marchionatus prędicti, Ioanni filio meo præsenti, & recipienti, & filijs suis legitimis à se descendentibus, scilicet primogenito, & ipso sine liberis decedente secundogenito, & sic deinceps secundum consuetudines, & priuilegia Marchionatus prædicti, & per consequens filijs filiorum suorum; etsi fortè (quod absit) dictus Ioannes filius meus ab hoc sæculo decederet sine aliquibus filijs, vel filiabus legitimis, volo, & ex nunc declaro, quod filia mea Violant Comitissa Sabaudiæ, & filij sui legitimi descendentes ab ea, perueniant ad hæreditatem, & successionem Marchionatus prædicti. Verumtamen intentio mea non est, quod dictus talis filius dictæ filiæ meæ Comitissæ Sabaudiæ, qui succederet in Marchionatu prędicto, teneatur de fidelitate aliqua D. Comiti Sabaudiæ, sed ille talis hæres teneat dictum Marchionatum liberum, sicut alij Antecessores mei tenuere, & consueti sunt tenere. Si verò (quod absit) dicta filia mea decederet absque filijs legitimis. Tunc volo, & statuo, quod frater meus D. Demetrius Despotus de Romania filius, sicut ego quondam D. Imperatricis Græcorū, quæ fuit filia quondam D. Marchionis Gulielmi, & D. Beatricis filiæ q. D. Regis Alphonsi de Hispania, perueniat ad hęreditatem, & Marchionatum Montisferrati,

rati, & per consequens filij sui legitimi descendentes ab eo. Si autem dictus frater meus decederet sine hæredibus, vel nollet venire ad hæreditatem prædictam; tunc volo, quod ex illis de Hispania legitimè nati de Domina, & Amita mea Domina Margarita filia quondam D. Marchionis Gulielmi Aui mei perueniant ad ipsam hæreditatem. Nec debet quis mirari super tali ordinatione mea, quia dictus D. Marchio Gulielmus Auus meus fecit idem, & similiter eius filius, & successor D. Ioannes Marchio Auunculus meus, & mihi videtur magis conueniens, quod ad proximiores parentes, & agnatos perueniat dicta hæreditas quàm ad alienos; etiam ab antiquo apparent priuilegia DD. Imperatorum diuersis conditionibus, & temporibus in similibus casibus sic fieri; de quibus omnibus ego Theodorus præsens Marchio plenam confirmationem, & inuestituram habui à quondam bonæ memoriæ D. Henrico Imperatore Romanorum, & etiam à pluribus Episcopis, & Prælatis, à quibus dictus Marchionatus tenetur in feudum; & hanc esse volo meam vltimam voluntatem quam valere volo iure testamenti, quæ si iure testamenti valere non potest, valeat saltem iure codicillorum, vel cuiuscunque alterius vltimæ voluntatis. Acta sunt hæc in Castro Clauaxij Hypporegiensis Diœcesis, præsentibus nobilibus, & discretis Viris D. Rogerio de Thogessio Canonico Riuen. & D. Cardinalis Conuenarum Capellano, Ioanne de Thogessio nepote dicti D. Rogerij, Petro de Cocconato Canonico Remen. Stephano de Porcellis de Cremona Iudice generali prædicti D. Marchionis, Petrosilo de Taurino, Antonio Sicco de Clauaxio, Antonio de Castello de Fubinis, & Castellino Arnato de Castelletto vocatis testibus, & rogatis. Et ego Raymundellus de Grazano publicus Imperiali auctoritate Notarius, & dicti D. Marchionis Scriba, & Cancellarius, prędictis approbationi, confirmationi, corroborationi, dispositioni, & ordinationi, ac omnibus, & singulis suprascriptis interfui, & de mandato prædicti D. Marchionis scripsi.

Le monete, che alli tempi del predetto Marchese Theodoro, e sotto il nome, & insegne sue si fabricauano così d'oro, come d'argento erano della bontà, e peso infrascritti. Il fiorino d'oro di liga di caratti vintiquattro manco vn grano, di rimedio al peso di Fiorenza. La moneta d'argento di liga di dinari vndici, e mezzo, manco due grani, di rimedio di peso di soldi diecesette sopra il marco, e di rimedio dinari sei: della quale moneta, cioè li fiorini d'oro doueua hauere soldi trenta per ogni centenaro, e della moneta d'argento dinari diciotto d'Imperiali per ogni marco. Il luogo della Zecca, ouero fabrica delle monete soprascritte era deputato nella Terra sua di Chiuasso, e con tal ordine fù deliberata l'anno soprascritto alli vintisette di Settembre per il predetto Marchese Theodoro nel castello di Chiuasso, in presenza delli Giudici della Corte sua.

L'anno millesimo trecentesimo trigesimo settimo, Indittione quinta, che fu l'anno terzo del Pontificato di Benedetto XII. in Martedì alli quattro di Febraro, nel luogo di Pescheria, ouero di Valle Verde, Diocesi Nemauense, in presenza di F. Portuense Vescouo Cardinale di S. Ruffina, M. Pittauino Vescouo Magalonense, Guglielmo di Pusterla Capellano Apostolico, e Cimiliarca della Chiesa Cathedrale di Milano, & altri. Essendo già stato concluso, e concordato il trattato del matrimonio trà Madama Cecilia de

Conuenis, ouero de Comingi Contessa di Asteriaco, e Giouanni vnico figliuolo di Theodoro Marchese di Monferrato la prefata Cecilia per publico instromento rogato, & riceuuto per Ramondello Baua di Grazano Imperiale Notaro, assegnò per dote al predetto Giouanni suo futuro marito quaranta milla fiorini d'oro in oro, quali si hauessero à pagare al predetto Marchese Teodoro, ò suoi mandati, e Procuratori nelli termini infrascritti; cioè fiorini dodeci milla della predetta somma nel tempo: e quando essa Cecilia contratto il matrimonio sarebbe condotta à casa del marito, e dopò finito vn'anno intiero fiorini sette milla; e così d'anno in anno altri sette milla per fin à tanto, che'l predetto Marchese sarebbe intieramente sodisfatto di tutta la somma di essa dote. Per sicurezza della quale furono obligati, & assegnati à essa Cecilia, con consenso del Marchese li Castelli di Chiuasso, Montecaluo, e Montebello con li redditi, & emolumenti loro, sotto alcuni patti, e conuentioni compresi in esso instromento.

L'anno millesimo trecentesimo trigesimo primo Giouanni di Monferrato figliuolo del Marchese Theodoro fù mandato dal padre in sussidio, e fauore di Azo Visconte figliuodi Galeazzo nella guerra di Parabiagio contra Lodrisio figliuolo di Pietro Visconte. Gli Auttori della quale famiglia furono Vberto, & Berta giugali originarij di vna villa chiamata Inuorio situata nella costa del Monte, quale è da mano destra del lago Verbano, ouero lago Maggiore, e da loro circa l'anno mcclx. procedettero quattro figliuoli, cioè Ottone, quale fù prima Piouano della Villa di Decio, e Capellano del Cardinale Ottauiano Vbaldini, e col fauor suo creato Arciuescouo di Milano, Vberto Arciuescouo di Vintimiglia, Giacomo, e Gasparo. Da Giacomo procedette Tibaldo, da Tibaldo Vberto, e Matteo. Da Vberto Vercellino, e Giouanni, quali non hebbero figliuoli. Da Gasparo fratello di Giacomo procedettero Pietro, Lodrisio, e Gasparo. Da Matteo prima nominato Maffeo procederono Galeazzo, e Giouanni Arciuescouo di Milano, Luchino Marco, e Steffano. Da Galeazzo procedettero Azo, Luchino, e Marco non hebbero figliuoli. Da Steffano, Matteo, Bernabò, e Galeazzo. Azo, & Matteo non hebbero figliuoli. Da Bernabò procederono Marco, Ludouico, Carolo, Ridolfo, e Mastino. Da Galeazzo, Gio. Galeazzo primo Duca di Milano. Da Gio. Galeazzo, Gio. Maria, e Filippo Maria, & in lui terminò la linea legitima della famiglia de Visconti.

L'anno predetto, Indittione sesta, alli diecenoue del mese di Gennaro il predetto Marchese Giouanni nel castello di Chiuasso diede in feudo à Franceschino, e Giacomotto Prouana il castello, e terra di Leinico, e per rispetto di essa ricognitione feudale giurorono la perpetua fedeltà ad esso Marchese, alla presenza di Oberto di Tilio, Francesco di Gabiano, Giouanni Deato di Villa, e molti altri, del che ne fu rogato instromento da Raine-ro Baua di Grazano Nodaro.

In oltre alli dodeci del mese d'Agosto infeudò Conrado, Franceschino, Perciuallo, & Albertino delli gentilhuomini di Montecuco in nobile, gentile, auito, & proauito feudo tutto quello, ch'essi, e suoi predecessori teneuano, e riconosceuano, & haueuano tenuto, e riconosciuto per il passato dal predetto Marchese Giouanni, e suoi predecessori nelli luoghi della Plebata, Montecucco, Cerreto, e Casteluecchio, & riceuette da loro il Sacramento di fedeltà, delche ne fu rogato instromento dal predetto Raimondello alla presenza di Ghione, & Alberto de Conti di Cocconato, Valenzano, e Sucio di Tilio, Manuele Gutnero, Graxella di Francesco Cane.

An-

Ancora alli tredeci del mese predetto alla presenza d'Alberto, e Giouanni Conti di Coconato, Valenzano, & Sucio di Tilio, Francesco Cane di Casale, e molti altri infeudò à Petrino figliuolo del quondam Henrico di Peratio, & Vercello figliuolo di Gulielmo di Peratio del luogo di Castroueteri à nome loro, & à nome de gl'altri loro consorti di Castel vecchio di tutto quel feudo, e cose feudali, ch'essi, e suoi antecessori teneuano, & erano soliti à tenere in feudo dal predetto Marchese, e suoi predecessori in nobile, e gentile feudo nel territorio, e podero del predetto luogo, e della Plebata, e Mairate, mediante la recognitione, e giuramento di fedeltà debiti, delche ne fù rogato instromento dal predetto Raimondello.

Ex quarto protocollo Raymundelli Bauæ de Grazano fol. 24.

Millesimo trecentesimo trigesimo octauo, Indictione sexta, die decimaquarta Aprilis, In castro Clauaxij, scilicet sub platea vbi ius redditur. Præsentibus nobilibus Viris D. Iordano de Cell. Bertolello de Cerex. Ghiono de Tonengo, & pluribus alijs, &c. Ibidem Illust. Vir D. Ioannes natus egregij Viri D. Theodori Marchionis Montisferrati ratificauit, confirmauit, & approbauit fidelitatem factam per D. Bartholomæum filium quondam D. Antonij de S. Georgio Comitis de Blandrata, egregio Viro D. Theodoro Marchioni prædicto. In omnibus, & per omnia, prout continetur in instrumento scripto manu mei eiusdem Notarij infrascripti in anno Domini MCCCXXXV. Indictione tertia, die secundo mensis Augusti, qui Bartholomæus ibidem, & in præsenti iurauit fidelitatem veram, & perpetuam suprascripto D. Ioanni; promittens attendere, & obseruare eidem D. Ioanni omnia, & singula, quæ in capitulis fidelitatis nouæ, & veteris plenius continetur.

L'anno MCCCXXXVIIJ. alli vinti vno del mese d'Aprile, nel luogo di Trino, essendo rissolute l'vltime hore della vita del Marchese Theodoro, il quale circa anni trentadue, haueua con somma bontà, & giustitia retto, e gouernato lo Stato, come ad ogni giusto Christiano Prencipe s'aspetta: Giouanni suo figliuolo, e successore huomo prudente, e magnanimo nel principio della dominatione sua applicò l'animo à volere ricuperare le terre, e luoghi del dominio suo, quali al tempo della morte di Gulielmo sesto parte d'Astesi, Vercellesi, & Alessandrini, e parte dalli Prencipi d'Achaia, e di Piemonte nella guerra, e discordia suscitata in Canauese per le fattioni delli nobili d'essa regione, terminata dalli fiumi di Pò, e dell'vna, e l'altra Doria era stato lacerato, e diminuito. Onde l'anno millesimo trecentesimo trigesimo nono accadendo al rinouarsi la discordia, e guerra trà li nobili di Valperga, e quelli di S. Martino col seguito delli altri nobili del Canauese dell'vno, e l'altro colore. Il predetto Marchese Giouanni contro la potenza delli predetti Prencipi d'Achaya, e di Piemonte, e della fattione Guelfa ricuperò il luogo di Calusio, e tutti gl'altri luoghi, e terre, quali vacante il Marchesato predetto per la morte del predetto Gulielmo, erano stati da essi Prencipi vsurpati, & occupati, il progresso della qual guerra commemorando Pietro Azario Nodaro Nouarese dice così.

Habitauerunt autem Canepicium duo genera, videlicet Comites de Blandrato, qui castras, villas, & burgos medij, & partis inferioris dicti Comitatus possederunt, quorum pais in principio huius satis declaratur. Aliam verò par-

rem habitauit Comes Canepicij, & ex ipso duo filij processerunt, qui duo fratres Canepicium (excepta parte ipsorum de Blandrato) pro medietate diuiserunt; vni quorum castrum S. Martini cum dependentibus sibi venit in diuisum. Alteri verò castrum Valpergiæ cum alijs sibi dependentibus, quæ soli Imperio, & non alijs subiacebant. Quid vltra? nec nouum, inuidia oritur inter pares, & inter istos tanquam de paritate contendentes, zinzania orta est, & talis, quod hodierna die plus solito durat, & grauius deinceps perdurabit. Et non valentes prædicti fratres vota ipsorum percomplere; habēs castrum S. Martini, & reliqua, parti Guelphæ adhæsit. Et habens castrum Valpergiæ Gibellinus fuit, & ita die hodierna obseruant se non tanquam consortes pertractando, sed ac si vna pars esset Christiana, & alia Saracena personaliter, & realiter se persequuntur, & inimicitijs publicatis, & propter prædicta, & alia grauia detestanda, vbi liberi esse solebant reducti sunt ad seruitutem, vt infra dicetur; qualia autem grauia inter ipsos Comites, & sibi adherentes processerunt, longum esset enarrare, cum vni ex prędictis adheserit, pater Ioannis, qui sine prole decessit, qui multum prædictos Comites de S. Martino depauperauit, & vastauit. Ad quæ deffendenda multum fauit pars Taliatum, & de Iastria cum sequacibus suis, qui caput sunt partis Guelphæ in Ciuitate Hipporegiæ, & Domini de Monzoneto, qui caput sunt eiusdem partis Guelphæ in Valle Augusta, valde potentes in partibus illis, & simul colligati propter matrimonia, & amicitias inter ipsos copulatas, quibus etiam multum profuit amicitia Dominorum de Conciaga de Mantua præmissorum pro eo, quod D. Guido de Gonciaga vnam vxorem habuit ex Dominabus de Strambino. A qua vniuersi de Conciaga, qui tempore præsenti Ciuitatibus Mantuæ, & Regij dominantur processerunt, & quæ domus ipsorum Comitum de S. Martino multum in personis antecessit; habebant alias amicitias ipsis contiguas, videlicet, cum Episcopo Vercellensi, Item in terra Montiscaprelli, quæ fortissima, & potens est, & fortissimo castro in fine Comitatus Maxini posita cum Terra Cigliani, & villa Raglia, quæ terræ sunt Episcopi Vercellen. & intra dicta cōfinia. Item pars Guelpha Pedemontium ipsis Comitibus S. Martini adherebat, & præcipuè Illust. Princeps Achayæ, & Pedemontium, qui propter ipsorum Comitum nobilitatem, & potentiam ipsis multum fauit, & fauet de præsenti, quoniam in ipsis Comitibus viget multa nobilitas, industria, & potentia, & præcipuè in D. Martino ex dictis Comitibus, quia multa commisit, vt infra dicetur, & à quo multa magnalia processerunt, & magnus reputatur apud prædictum D. Comitem Sabaudiæ per ea, quæ inferius dicentur. Adherebat etiam prædictis Comitibus de Valperga vniuersa domus Comitum de Blandrato Canepitij, & vniuersi, Comites de Maxino, quæ domus in modicis nobilibus consistit, respectu aliorum consortum; sed diuitiores sunt ipsis, & diuitias habent vltra modum, quibus Domini de Solerio, & Bornati cum vniuersis partis Gibellinæ Hipporegiensis Ciuitatis adherebant, necnon Domini de Perlo, & de Quarto cum vniuersa parte Gibellina Vallis Augustæ, cum vniuersa potentia Marchionis Montisferrati, quæ ipsos de S. Martino, vt potuit semper oppressit. Et sic Marchio

chio Salutiarum, & Gibellini Pedemontium partem illorum de Valperga, & consortum sunt secuti. Dum autem noua odia inter prædictos consortes haberent malos fructus parturire, quilibet ipsorum cogitauit potentiam, & vires, nec non amicitias in alterum exercere, & causa potior fuit, quod dicti de S. Martino, & sequaces tanti sunt, vt dixi de personis, quod sua ipsis non sufficiunt; sed volendo vniuersi ducere vitam magnam, necessarium fuit, vt aliena raperent, etiam fauente dicto Principe multa commiserant contra præsentem Marchionem Ioannem Montisferrati, propter debilitatem quondam Theodori patris sui in capiendo terras, & castra ipsorum Gibellinorum Canepicij; & præcipuè terras, & castra, communia, in quibus non permittebant aliquem nominari, nec mirum erat, quia Gibellini ipsi custodire faciebant dicta castra communia per eorum familiares, & isti Guelphi necessariò habebant stare cum eorum personis. Vacante autem Marchionatu Montisferrati, propter mortem Marchionis Gulielmi proditoriè mortui Alexandriæ, sciuerunt Guelphi cum Principe Pedemontium procurare, quod habuit per cambium ab vno Comite de Blandate terram Caluxeni, in qua solus Guelphus tunc non erat, qui Princeps ipsam terram Caluxeni circum circa murare fecit, & tanta beneficia habitantibus in ipsa dedit, & fecit, quod protinus Guelphi facti fuerunt. Per quos tanta scandala sunt secuta, quod longum esset enarrare, sed de recuperatione ipsius terræ suo tempore enarrabo. Fecerunt etiam, quod dictus Princeps castrum Dominorum Valpergiæ cũ terra Rippæ rubeæ habuit, & abstulit Dominis de Valperga, quorum erat, quam simili modo murare fecit circum circa, & die hodierna propter seruitia dictus Princeps in ipsa terra amicos habet, quamuis ipsam terram Domini de Valperga recuperauerint, & teneant de præsenti, quæ non valentes Domini de Valperga tollerare, etiam consilio Domini fratris Ioannis de Ripparia Gubernatoris Anconitanæ Marchiæ pro S. Romana Ecclesia, quem vidi pulcriorem hominum aliquo visu, & sapientiorem, cuius virtute Ecclesia Romana dictam Marchiam Anconitanam recuperauit, cogitauerunt contra prædictos Comites Sãcti Martini vindictam assumere; & sic dicto ordine in expressis, quod dicta domus Valpergiæ cum alijs Gibellinis Canepitij pro rata pateretur.

Anno autem currente millesimo trecentesimo trigesimo nono, miserunt Ioannem Azarium patruum meum, tunc potestatem Corgnatæ, & aliarum terrarum Canepitij, ipsis Dominis de Valperga suppositarum, Mediolanum, vbi ex stipendiarijs ventis cum D. Hodrisio Vicecomite à Verona, Lignarum, de quibus dictum est supra, acceperit Barbutos tricentum, & Malerbam cum ipsis sub firma mensium sex proximorum firmauit pro faciendo guerram in Canepicio, contra D. Comitem S. Martini, & ipsorum sequaces, quæ gens pulcra fuit, & tota Teutonica, quibus Domini de Medicis de Mediolano in ipsorum Ducem, & Capitaneum decreuerunt. Annuit prædictæ scriptioni prædictus D. Azo Vicecomes, vt dicta Ciuitas Mediolani quanto citius ipsis ęmulis priuaretur, & sic parua mora interposita cum prædicto Capitaneo eorum versus Canepicium æquitauit.

tauit. Et primo in Canepicio transita Duria ad locum Guischarum deuenerunt; est enim locus, & castrum Guischarum in Canepicio, nec Domini hi sunt de Comitibus ipsis, qualitercunque dictum castrum acquisiuerint, sed sunt confederati,& amici cari Dominorum Comitum S. Martini,& pro ipsis multa damna sunt perpessi. Quæ gens cum ibi fuit, villam, & terram ipsam cęperunt, robauerunt, & cremauerunt, castrum viriliter expugnantes. Sed quia dictum castrum muris excelsis est coronatum intrare minimè potuerunt, sed vniuersa extra muros taliauerunt, postrauerunt, & diruerunt. Deinde dicta gens transactis pluribus diebus intrauit Riuarolium: est enim Riuarolium terra communis, in qua erant duo castra videlicet, castrum Malgrati cum turri rotūda apud ipsam terram constructum, per quondam D. Martinum de Agladio, & potentia pręmissi Principis cum muris circa Caluxenum, & Rippam rubeam fabricauit. Aliud in terra ipsa erat castrum antiquum possessum per complices Dominorum de Valperga. Habitabant enim tunc terram Riuarolij homines ducentum ad bellandum,& est in medio planitiei Canepicij apud Orchum constituta, quæ terra victualibus, giardinis, & alijs fructuosis qualibet Lombardiæ virtuosis antecellit, quòd esset plena victualibus non est dicendum. Nam per dictos nusquam potuit euacuari. Domus autem omnium Guelphorum existentium in dicto diruerunt,& combusserunt, deuastando quęlibet męnia existentia extra castrum Malgrati, & ibi machinando dictum castrum, diù steterunt, sed ea vice non habere potuerunt. Deinde iuere Montalegum, est enim castrum Montalegum in eminentiori loco planitiei Canepicij constitutum, & sub ipso burgi S. Georgij in planitiæ constituti apud Riuarolium, & vbi habitant homines quatuorcentum armigeri, nullus de ipso burgo pissare poterat, quin à castro Montalengo videretur, quod castrum erat, vnius pauperis Comitis de S. Martino, vbi dum essent illi balistrarij, & pedites de S. Georgio, tanquam capitales inimici cęperunt dictum castrum, siuè ipsius aralea viriliter debellare. Ex quo deffensores tàm voluntarij exiuerant, quod mixto bello intra fortaliciam cum voluerunt se reducere, nequiuerunt; sed retrocedentes perdiderunt aralie, & Gibellini S Georgij simul, & semel Guelphos incidendo intrauerunt, & dictus nobilis senex cum paucis etiam vulneratis se recepit super turri in ipso castro existenti; & statim cum ipsis inimicis pacta celebrauit, quod nisi tertia die sequenti subsidium haberet tale, quod dictum exercitum posset remouere, quod ipsis de S. Georgio fortaliciam ipsam traderet, & eam tradidit, nec tempore præsenti ipsam recuperauit, sed per Dominos de S. Georgio ipsum castrum cum magna cautella custoditur, & omnia, quæ in ipso loco erant, subitò fuerunt derobata, & sic ipso castro capto Orium deuenerunt, est enim Orium palatium vnum maximum, & maxima fortalicia. positum super montem, & apud S. Georgium, & cum infinitis expensis fabricatum, quod castrum qualitercunque fuerit acquisitum, non est de aliquo iam dictorum Comitum, cui guasta dederunt, & minimè habere potuerunt; sed pacta celebrauerunt, propter quę pauperes facti sunt, & Vassalli D. March. Montisferrati, nec deinde partem Gibellinam offenderunt.

Deinde venerunt Spartonum, quod castrum est Dominorum Comitum Sancti Martini, & apud Caluxenum super Monticello super rippa lacus Candię constitutum, & ipsum durè cum peditibus Mazadij præliantes, ipsum cęperunt, & vniuersos in ipso repertos occiderunt, & muros diruerunt, in quo vsque nunc nullus habitauit. Deinde iuerunt S. Benignum, & ibi, quia caret fortalitia murauerunt, qui locus est D. Abbatis copiosus in tantum victualibus, quod nusquam potuit, victualibus vacuari, & in quo quatuorcentum homines habitabant in infinitum copiosè. Deinde venerunt Fabricam, est enim Fabrica in planicie constituta apud Riuarolium Dominorum de S. Martino, & villam ipsam cęperunt, robauerunt, & combusserunt, castrumque cęperunt, sed ipsum non diruerunt pro eo, quod erat duorum nepotum Domini Henrici de Valperga paruulorum, quibus castrum Frontis, & extra castrum omnia rapuerunt, & distruxerunt, castrum autem id habere non potuerunt, quia nimis forte, & loco eminenti apud rippam rubeam constitutum. Deinde iuerunt Barbaniam, & ibi concordium fecerunt, & tale, quod deinceps dicta terra partem Guelpham non reduxit. Deinde iuerunt apud terram Pontis, & ibi cum vniuersis de Corgnate, quibus populus in Lombardia non est par, vbi castrum vnum erectum super saxis, super flumine Orchi in principio Vallis Pontis, vbi tria castra erant scilicet vnum Dominorum de Valperga cum terra Pontis, & alia duo Guelphorum Comitum S. Martini, quæ castra assiduè machinis se lapidabant, quoniam in breui spatio erant, & propè conclusa, & tam viriliter, & potenter ipsum expugnauerunt, quod in Castro articialiter intrauerunt. Et deinde partes intus turrim habuerunt dimissis eorum bonis, & ipsum subitò, & cum infinitis laboribus diruerunt hij de Corgnate, excepta vna scalia turris, quę ibi remansit, quam nullo modo diruere potuerunt, & sic alia duo castra remanserunt, videlicet. Castrum Thellarij, quod valde benè per Ferrandum ex Comitib. S. Martini, & suum extitit custoditum. Et castrum Pontis, quod per Dominos de Valperga, seù eorum factores extitit mirabiliter custoditum, machinando diù castrum Thellarij, castrum Pontis, in quo castro Thellarij semper machina stabat erecta, quibus durantibus, maior Ioannes de Valperga ex ipsis Comitibus dictus maior ad differentiam alterius minoris Ioannis etiam Comitis in Valperga, cum magna peditum quantitate, & balistrinorum vallem Soanam, vnde procedit dictus fluuius Orchi intrauit, quæ vallis est communis ipsorum Comitum S. Martini, & Valpergæ, & suo studio curauit habere castrum Perricæ in capite Vallis supremæ satis mirabili casu errectũ, contra quod castrum nihil posset excogitari cum sit fabricatio in rupe excelsa, & in medio rupis sit introitus, & est turris transitum, & introitum castri custodiens per quam necessarium est transire, & custodito introitu, custoditum esset castrum id, contra quod nihil posset machinari, sed per consequẽs custodito transitu sine introitu ipsius castri Perticæ nullus etiam posset exire, & pro eò gens illius vallis, quæ vult salua esse in dicto castro reponit, cum ex custodia quatuor virorum homines vniuersi Mundi dictum castrum Perticæ non intrarent, nec alia cautela posset haberi, cum calcata dictæ rupis descendat

ſcendat per miliare vnum, & vltra. Quo caſtro capto, ſibi fauentibus hominibus ſuis dictæ vallis dictum caſtrum tanquam ſibi inutile ipſis hominibus commendauit. Et ſic Princeps, homines, Vaſſalli dictorum Comitum tàm Guelphorum, quàm Gibellinorum ipſas valles cęperunt tàm cautè cuſtodire, quod nullus ipſorum Dominorum durante guerra intrauit; ſed annuatim ipſis Dominis, vt conſueuerant reſpondebant, & non vltra, propter quæ dictæ Valles à præſenti guerra ipſo Principi extiterunt conſeruatæ, & legales homines fuerunt alterutrum Dominorum. Poſt autem prædicta deteſtanda prædicti de Valperga cum vniuerſis peditibus partis Gibellinę ſimul iuncti, guaſtan. ruſcando arbores infinitas fructiferas, ſicut nuces, & caſtaneas, quæ ibi erant in infinita quátitate, & taliando vineas fecerunt vaſta apud caſtrum Montis Agladium, Lorenzate, Caſtrum Sancti Martini, & talia fecerunt, quod in vita duorum ſimiles arbores creſcere non valebunt. Extra fortalicias quorum de S. Martino vniuerſæ domus molendina ferrariæ, & aliæ habitationes ſunt deſtructæ, & totaliter concrematæ. Sed quid profuit tantus exceſſus vicinus conſortibus ſuis factus, nihilimo ad maiora facienda vicinos ſuos incitauit; quibus viribus vndiq; acquiſitis curauerunt, & ſummo ſtudio vindictas de perpetratis per alios facere, & & à Dominis de Mantua, cum quibus vt ſuperius eſt dictum, prædicti Comites S. Martini ſunt parentella copulati barbutas centum impetrauerunt. Alias etiam barbutas centum ex illis centum per ſex menſes commorantes cum illis de Valperga, completa eorum firma habere curauerunt, & habuerunt, & alias barbutas centum per domum ipſam, tum per eorum amicitias habere curauerunt, quibus coadunatis de ſimilibus geſtis cęperunt aduerſæ parti reſpondere. Et facto, ſeù miſſo D. Saraceno de Cremaſchis de Mantua Capitaneo ſuper ipſa guerra generali per Mediolanum tranſiens à Mantua cum gentibus ipſis Canepicium intrauit. Et primò diuertit ad terram Ripparolij, in qua terra de facili intrauerunt, & dictum caſtrum Ripparolij cęperunt expugnare, & ipſum Dominis de Valperga cęperunt, & guaſtauerunt, & reliquas domos Gibellinorum in ipſa terra dimiſſas. Et ſic quicquid reſiduum inuenerunt rapuerunt. Deinde guaſta ſuper vniuerſis terris Comitum de Blandrate fecerunt; taliando, ruſcando, incendendo, & ſic male peragendo villam Salariæ combuſſerunt, villamq; caſtri Valpergæ robauerunt, & guaſtauerunt, & ad ipſum caſtrum Valpergæ ſe dirigentes hij Teutonici, qui primitus ipſorum Dominorum ſtipendia habuerunt cum cautella fuerunt in actu dictum caſtrum intrandi, ſed ſuperuenientibus multis de Corgnate armatis, tanquam militibus, prædictos Teutonicos reperierunt, montem caſtri ab oppoſita parte aſcendiſſe, dantibus alijs prælium à parte oppoſita, dictam villam Valpergæ ſuppoſitam comburendo, in quos Teutonicos prædicti de Corgnate numero centum irruerunt. Et dum eſſent ipſi Teutonici in arduo loco pedeſtres cum lanceis, & tarchis, impetum prædictorum de Corgnate à parte ſuperiori exiſtentium ſubſtinere non volentes, ſe in fugam poſuerunt, quos inſequuti fuerunt prædicti de Corgnate ſternendo, taliando, & incendendo prædictos, ex quibus multi Teutonici remanſerunt mortui, & capti, &

reliqui

reliqui existentes ab opposita parte in dicta Villa Valpergæ fugierunt, & ab indè recesserunt sub maximo dispendio personarum, qui vltra diebus alijs continuatis villam Pontis dicti de S.Martino combusserunt, & prędauerunt, & castellum Silueschi à parte eorum, quod castrum erat cęterorum nobilium de Corgnatæ Vassallorum dictorum de Valperga, cęperunt, & diù occupatum renuerunt. Deinde prædicta gens Duriam pertransiuit, & multa guasta super Comitatu Maxini tàm cum incendijs, & prędationibus, quàm alijs malè gestis in ipso Comitatu intulerunt, & præcipuè in locis non fortibus, quibus peractis iuerunt ad locum Marcenaschi, & ibi villam expugnantes intrauerunt. Deinde castrum expugnantes pacta cęperunt inire, quibus pacta agitantibus, ab opposita parte ipsius Castri intrauerunt, & D. Antonium iuuenem valdè probum crudeliter interfecerunt, prędauerunt, & spoliauerunt in ipso castro, & villa vniuersa. Et certè tempore illo nullus ipsorum Dominorum mortuus extitit; præterquam iste, & causa erat, quod multum erat odio illis de Strambino, cum quibus confinabatur, cui Strambino per sequentia malè successit, quamuis sit pro tertia parte in ipsa Dominorum Comitum de Maxino. Durantibus autem prædictis, dum D. Guidetus de Valperga cum sola familia sua iret (qui tamen erant equites viginti duo) à castro Valpergę, Ripam rubeam, obuiauit inimicis, procedentibus à castro Frontis in magna quantitate, nec fugire potuit, sed captus fuit prędictus D. Guidetus, & post longam moram magnam redemptionem fecit. Et sic prædicta gens Dominorum de Mantua cum Domino Saraceno eorum Capitaneo cęperunt recedere, & alij primi, siue ex primis stipendiarijs, qui venerant Mediolano, etiam cassi fuerunt, & venerunt versus Clauaxium pro conferendo cum Maleiba, qui erat sub stipendijs D. Marchionis Montisferrati, per reliquas duas partes ipsorum finita, firma Dominorum de Valperga cępit, & alia tertia pars, quæ est ista, quæ remanserat sub stipendijs Dominorum Comitum S. Martini, & contra primos, qui ipsos Mediolano conduxerant, & pro eo isti cassi appellati fuerunt, ita tertia pars proditores. Et dum recederent à partibus Clauaxij, & essent super Targlauera, & apud Salugiam per gentes Dominorum de Valperga fuerunt capti, & derobati, ex quibus dictus Ioannes Azarius potestas Corgnate, qui ipsos sequebatur, quique ipsorum equos in sua parte habuit, & & plures captiuos, qui ad tempus pro nullo dimissi fuerunt. Et tunc dictus Marchio Montisferrati cum stipendijs suis cępit crescere, & Canepicium totis viribus inuadere. MCCCXXLXIII. de mense Iunij, Intrauitq; dictus Ioannes Marchio Montisferrati, qui iam potētiam creuerat, Canepitiũ, cum barbutis trecentum, tàm stipendiarijs, quàm ex nobilibus sibi subditis, & cum maxima quantitate balisteriorum, & peditum, & magno carrigio cum multis guastatoribus, & super campis Caluxeni direxerunt gressus suos. Est enim Caluxenũ maius, & potentius aliqua terra Canepicij in planitie inter Duriam, & Orchum constituta, quæ si vno anno blada recollegit non expenderet in decem, & circum circa ipsam terram blada, & vineas taliauit, & aliqua deduxit, & guasta similia fecerat super ipso territorio duobus annis præcedentibus, proponens dictus Marchio ex

toto dictam terram habere, quæ multum Clauaxium,& alias terras vltra Padum offendebat. Terræ autem prædictæ nihil facere poterat,quia cautius, & voluntariè Caluxenum custodiebatur. Nec in ipsa terra erat aliquis,qui prædicti Marchionis non esset capitalis inimicus propter gesta; & tunc cum gentibus suis equestribus, & pedestribus iuit Riparolium, & ibi dum stetit, tam durè castrum Malgrati machinis,& alijs artificijs expugnauit,quod ipsum castrum habuit,& forniuit, & ipsum de præsenti tenet, Deinde guasta in bladis Agladij, & Castrimontis fecit, diruens residuum per primos relictum, & procedens venit Strambinum, super Duriam in capite vnius montis, planitiem habens valdè spatiosam supra in qua multum bladij fit,& in qua villa solebant homines etiam habitare,& bellare, quamuis dicta villa cum castro esset pro tertia parte Dominorum de Maxino. Illi de Sancto Martino omnia possidebant, ex quo nullus Gibellinus in ipsa fuisset repertus, cui terræ guasta circumcirca fecit. Et dum terram ipsam dict. Marchio viriliter expugnaret, D Marchio de Busca magnus nobilis Marchionis, mortuus in ipsa terra fuit. Et D. Otto de Brunsueich tunc iuuen s grauiter vulneratus, Doluit dictus Marchio de prædict:s ad mortem, & quoscunque in Strambino capiebat, necessarium fuit mori, & hodie ipsos prosequitur odio capitali; cui Strambino extra castrum non dimisit domum, quam non prosternaret, aut combureret; ex quo ipsi de Strambino in hauere,& personis infinita damna sunt perpessi. Deinde dictus Marchio cum exercitu suo rediens,castrum Orij acquisiuit,& castrum Marcenaschi apud Strambinum per ipsos Guelphos vtsupra diruptum, fecit releuari, & fortificari, necnon habitari, & benè h bitatur de præsenti. Et ad terram Caluxeni iterato deuenit, vbi inuenit mileum, & panicum in magna quantitate forè post guasta seminatum, & ibi ostendit ad obsidionem ipsius terræ velle permanere. Et tunc pars vniuersa in Caluxeno Guelpha traxit pro ipsum defendendo; erat autem in ipsa terra flos nobilium partis Guelphæ Canepicij, & Hipporregiæ, cum esset D. Antonius de S. Martino, alios de domo sua, sensu,& potentia excedens. Bartholomæus de Strambino cum alio consorte suo, Petrus de Lastria ditior aliquãdo illarum partium, & plures de Talianis;quod prædicti nobiles essent fulciti probis gentibus, non est dicendum. Nam ibi nullus contestor erat, sed Viri electi, & sic per sequentia ostenderunt; Nam audita mirabili animositate partis vtriusque, facto autem consilio inter ipsos tàm nobiles, quàm probos in Caluxeno existentes, asseruerunt Marchionem cum gentibus suis extra portam, vno denario non timere, & non valentes, ipsi intrinsici animum suum refrenare, audiatis quid fecerunt. Cum nusquam tàm durè, tam dirè pedester extitit expugnatus, cum nullus in Caluxeno erat,qui armatus non esset sicut miles,& multi duabus coracijs erant permuniti. Et tunc del berati pontem volticium, ipsius terræ depresserunt à parte quà gens erat Marchionis; est enim dicta porta subtus plateam dicti loci via recta, sed valdè decliua; adeò, quod vnus à parte superiori, sicut erant, duobus debuit præualere;& ab vtraque parte dicta via erat magnis parietibus, & domibus cum lobijs præmunita. Videns autem dictus Marchio est

allo-

alloquutus; O Viri fortes, & dilecti mei ad quid venimus ad locũ istum, nisi causa pugnæ, & vt Terram istam nobis diù inimicam capiamus. Nonne habemus mortem postponere, vt fortunam insequamur? Non dubito, vbi velitis exercere Vires vestras, quin in ipsam victoriam obtineamus, propter duo. Primum est, quod ipsi intrinsici vtuntur superbia ceruicosa, vt videtis, quia porta aperta nos incitat, & eorum superbiæ Dei iudicio vltores erimus, quia Deus super bos deprimit, & humiles exaltat. Secundum est, quod cum populus hic fuerit Gibellinus, & sciat contra ius dictam Terram per partem Guelphaṁ detineri Ex quo recordabuntur de pristino statu cum videbunt nos intrasse, nos non offendent, quibus pacem intrando promittemus. Exinde stipendiarijs militibus pagam duplam promisit pro mense completo; asserens quod tanti forasterij diuites in ipsa erant, quod de redemptionibus eorundem perpetuò ditarentur, ex his dictis, In nomine Dei, & Beati Georgij voluntariè intrare velle dicentes, portam per aliquos ex ipsis custodiri curauerunt, & intrantes via recta procedũt ad plateam, super porta nullus remanserat, quin posset intrare. Et sic intrantes isti nobiles Guelphi, & probissimi armati descendentes arma lanciant intratorum, forant, lacerant, & taliter, quod intrati nequiuerunt retrocedere, & multi ex lapidibus proiectis ab vtroque latere dictæ viæ perierunt. Certè Teutonici præcedentes magnam potentiam, & virtutem ostenderunt; cum autem recedendo de terra exiuissent. Marchio sic fatur; ah Viri fortes, meique fratres in vnum non timeamus mortem, & vindictam de nostris mortuis faciamus; sine periculo modo intrare possumus, nam videmus suos vniuersos; intremus iterato audaciter in nomine Summi Dei, & Beati Georgij, postquam porta, & introitus nobis non denegatur. Et tunc cum recentibus militibus Papiensibus affaldatis tumultuosè intrauerunt, & planè procedentes ad plateam, necessarium fuit retrocedere impetum, & auantagium inimicorum substinere non valentes; & tunc cum maximo detrimento personarum habuerunt ipsam terram dimittere, nec propterea porta clausa fuit. Tunc dictus Marchio vocatis suis, & reductis in vnum, dixit. Non ne labe perpetua verecundiæ obfuscabimus? si porta aperta de ipsa Terra victoriam non obtineamus, & quia dicitur, quod ars vires superat, artem insequamur, nam cum intrauerimus, portam balistrarijs nostris fulciamus, aliqui via recta procedant, & alij à partibus lateraneis ascendant, ita quod ingenio, & tribus aciebus terram ipsam intus viriliter expugnemus, quæ duæ acies à vijs superioribus procedant, & nostri pedites cum lateranis vadant ignem mittentes in domibus, à quibus in via mactamur, & maiora cenacula fulciant balistarijs, & gentibus nostris, quæ si fient non dubito quin victoriam obtineamus. Et tunc tertio intrauerunt, & cum aliquantulum processissent, portam; cum turriono ascenderunt, & ipsam fulserunt.

L'anno millesimo trecentesimo trigesimo nono, Indittione settima, alli quindeci del mese d'Agosto, il Marchese Giouanni concesse la susseguente immunità, e gratia al Commune, & huomini del luogo della Plebata, per la quale l'assolueua per cinque anni da qualunche caualcate, alle quali fossero tenuti à fare al predetto Signore. Riseruando

però alcuni casi, del che ne fu rogato da Raimondello Baua di Grazano il seguente instromento.

Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo nono, Indictione septima, die decimaquinta Augusti, in castro Clauaxij, præsentibus nobilibus Viris Dominis Vberto Comite de Cocconato, Francischino de Gabiano, Phylippo de Tilio, Iordano de Cell. Antonio Sicco de Clauaxio, & pluribus alijs testibus vocatis, & rogatis. Mag. & Illust. Princeps D. Ioannes Marchio Montisferrati, appensatè, & ex certa scientia, ac consilio Vassallorum suorum deliberato, dedit, & remisit Vercello Pollerio, & Ioanni Capello de Plebata Sindicis Communis Vniuersitatis, & hominum loci de Plebata de Mayrate, & mihi Notario infrascripto recipientibus suis proprijs nominibus, & nomine, & vice dicti Communis, Vniuersitatis, & hominum dicti loci, omnes, & singulas caualcatas, exercitus, & andatas, in quibus tenerentur, & astricti essent dicti Commune, Vniuersitas, & homines de dicto loco Plebate, eidem D. Marchioni quacunque de causa, saluo si aliquo casu dictus D. Marchio haberet necesse de succursu pro se, vel aliquo suo subdito per prælium, vel obsidionem, quod in illo casu dicta remissio non valeat, sed ad eius mandatum ipsi pœnitus teneantur. Item actum fuit inter dictum D. Marchionem, & prædictos, nominibus quibus supra, quod ipsi suis, & quibus supra nominibus teneantur, & debeant villam dicti loci de Plebata, quæ dicitur de monte fortificare, & murare benè, & sufficienter eorum proprijs sumptibus, & expensis. Ad quas sumptus, & expensas teneantur, & astricti sint omnes, & singuli soluentes taleas, & fodra in dicto loco Plebatę pro communi, & pro rata, quamquidem remissionem, & gratiam valere voluit, & durare, vsque ad quinque annos proximè venturos. Promittens insuper prædictis Sindicis suis, & nominibus, quibus supra dictam remissionem, & gratiam prorogare secundum, quod benè fecerint, & ei videbitur faciendum, præcipiens, &c.

Ma perche la soprascritta guerra del Canauese procedette, come scriue Pietro Azario, dall'intestino odio de' Bianchi, e Negri, non mi è parso eccedere questo luogo, che io non parli dell'origine delle fattioni. Però, che tutti gl'Auttori, quali ne hanno scritto, non sapendo doue fermare li piedi, sono stati di varij pareri. E cominciando da Bartolo di Sassoferrato commentatore delle Ciuili Leggi, huomo di celeberrimo nome, quale si affatticò di fare vn trattato de Guelphis, & Gibellinis, l'opinione sua fù, che la fattione Guelfa hauesse origine da vna serua di Lia, moglie di Giacob, nel Capitolo trigesimo della Genesi, e nel vigesimo settimo del primo libro dell'Antichità Giudaica, da Gioseffo nominata Zelfa. Et che i Gibellini fossero figurati nel primo libro delli Regi, all'vltimo capitolo, nel conflitto del Monte Gibello. Nicolò Sicolo Abbate Panormitano, nel capitolo Pisanis, & Lucanis Ciuibus, de restitutione spoliatorum in antiquis, *dice questi nomi essere proceduti nella discordia, quale fù trà Pisani, e Luchesi, al tempo di Papa Gregorio IX. nella guerra contro Federico Imperatore: e così tiene Giouanni d'Andrea nel detto capitolo* Pisanis, *è di essa discordia si tratta ancora nel capitolo,* Apostolicæ de re iudicata, *nel sesto libro delle decretali. Il Biondo, & il Platina vogliono, che questi due nomi procedessero da due fratelli Todeschi Guelfo, e Gibel, quali vennero*

in aiuto delle famiglie de Caucellarij, e Panciatici Pistoriensi, nella discordia, che haueuano trà di loro; l'Vna delle quali famiglie fù fauoreggiata, & aiutata da Guelf, e l'altra da Gibel. Giorgio Merula Alessandrino vuole, che procedessero da Hetrusci, quãdo la famiglia delli Licinij fù scacciata dalla Città di Aretio, cauando questa sua opinione dal decimo di Tito Liuio, nella prima Decade, ab Vrbe condita. Ma io di questo trouo raccontarsi da Ottone Vescouo di Frisinga, che l'anno dell'Incarnatione di Christo millesimo centesimo quinquagesimo quarto, essendo venuto à morte Conrado Imperatore, li Prencipi di Germania si congregorono nella Città di Franchifordia, doue dopoi, che hebbero fatta lunga consultatione sopra l'elettione del futuro Imperatore, di commun parere fù proposto Federico figliuolo di Federico Duca di Sueuia, la ragione della quale consultatione fù, perciò che in Germania erano due famose famiglie; vna delli Henrici di Guibellinga, l'altra delli Guelfi di Adulfio, li quali hauendo li Stati loro vicini terminati dal fiume Lico, & essendo ogn'vna di loro potente, per emulatione l'vna dell'altra, & auidità di gloria faceuano molte guerre, e perturbauano tutta la Germania. E pure al fine, come à Dio piacque fecero parentado insieme, perche Federico di Sueuia della casa cognominata di Guibellinga pigliò per moglie vna figliuola del Duca di Norici, ouero di Bauiera della famiglia cognominata de Guelf, di Adulfio, del qual matrimonio nacque Federico Primo Enobarbo Imperatore. Onde considerando gl'Elettori, e Prencipi di Germania, che oltre le degne parti, che erano in Federico, l'elettione sua per la mistura dell'vno, e l'altro sangue sarebbe atta, e propitia ad estinguere le discordie inuecchiatte trà le due prenominate famiglie, l'aggiudicarono l'Imperial Scetro. Ma volse l'iniqua sorte, che essendosi estinta tale esitiale peste in Germania per l'affuocamento della guerra, la qual nacque poi trà Gregorio IX. Sommo Pontefice, & Federico Secondo Imperatore, nel progresso della quale sì l'Imperatore, come il Pontefice volsero hauere in nota tutte le Città, luoghi, e famiglie d'Italia, che teneuano la parte loro, esse fattioni occuparono gl'animi de gl'Italiani, e gli seguaci dell'Imperatore, qual era proceduto dalla casa di Guibellinga, si denominarono Gibellini, e gl'adherenti di Gregorio si denominarono Guelfi del cognome della famiglia de Guelph, li quali cognomi sono stati causa d'innumerabili rouine, euersioni di Città, mutationi de Stati, incendij, e morte d'huomini, veder si deue Antonella 11. parte tit 17. cap. 8. in fine.

Finite le guerre del Canauese, non potendo le nobili famiglie della parte Gibellina d'Asti tollerare l'insolenza di quelli di Solero, quali per essere potenti si arrogauano grande auttorità in essa Città, si ridussero alli castelli loro, e frà qualche tempo deliberando di non star più in bando, inuitorono il Marchese Giouanni à rimettergli in casa loro: Promettendogli il dominio di essa Città: onde il predetto Signore caualcò in Asti, con le genti sue, e seguitò la predetta fattione de Gibellini della detta Città, adherenti, e seguaci loro, & ottenendola mandò in esilio quelli della famiglia di Solero.

L'anno millesimo trecentesimo trigesimo nono, Indittione settima, alli noue del mese d'Ottobre, il Consiglio, Communità, e popolo di essa Città d'Asti, per publico conseglio constituirono il Marchese Giouanni Gouernatore, e deffensore d'Asti per anni quattro, con plenaria auttorità d'amministrare, e fare amministrare la ragione alli grandi, e piccioli in qualunque ciuile, e criminale cause, e giurisdittione, constituendogli il salario di cinquecento

quecento

quecento libre d'Asti il mese, come si dimostra per il seguente instromento, rogato da Raymondello Baua di Grazano Notaro publico.

In nomine Domini fœliciter, Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, Indictione septima, die octauo Octobris in palatio Communis Asten. super voltas Sancti dictæ Ciuitatis, vt moris est, conuocato, & congregato Consilio credentiæ, & consiliariorum populi, & Communis dictæ Ciuitatis ad honorem totius Trinitatis, & Beatæ Virginis Mariæ, & Sancti Secundi gloriosissimi Martyris, Patroni, & deffensoris Ciuitatis, & districtus Astensis, & totius cœlestis, & ad pacificum, & tranquillum statum altissimo annuente dictæ Ciuitati, & districtui. Infrascripti Domini, quorum nomina inferius describuntur, in præsentia mei Notarij, & aliorum plurium Not. Consilium requisiuit super infrascriptis articulis, & propositis lectis, & vulgari sermone vulgarizatis in consilio memorato ad intelligentiam per Henricum Cambarellum Notarium, & scribam Communis Asten. Tenor quorum articulorum, & præpostarum sequitur, & infra subnotatur. Domini Manfredinus Rottarius, Andræeta Pelletta, Raymondinus Zolius, Bartholomæus Gualeta Consules Ciuitatis Astensis, D. Henricus Capellus, Leo Laurentius, Petrus de Arpezano, Ogeretus de Vayo, Rectores populi Ciuitatis prædictæ notificant nobis D. Credendarijs Ciuitatis eiusdem prouisiones factas Illust. & Mag. D. D. Ioanni Marchioni Montisferrati Gubernatori, & defensori Ciuitatis, & districtus Asten. infrascriptus.

In primis namque prouiderunt, quod dictus D. Marchio pro titulo suo sit Gubernator, & deffensor, & Gubernator nominetur Ciuitatis Asten. & districtus per annos quatuor continuos prox. subsequentes, prout superius scriptum est de titulo, & specificatur de tempore.

Item, quod in dicta Ciuitate, & districtu nullus sit, vel esse debeat, nec possit maior, vel par in dicta gubernatione dict. D. Marchione, vel ipsius D. Machionis.

Item, quod idem D. Marchio, & Gubernator omni mense habere, & præcipere debeat pro prouisione dictę Gubernationis à Commune Astensi, vsque ad dictos quatuor annos libras quingentas Asten.

Item, quod ius, & iustitiam reddat, & reddi facere debeat in dicta Ciuitate, & districtu vnicuique personæ tàm per se, & potestatem suum more solito, quàm etiam per alios quoscunque Officiales suos, prout vtilius sibi videbitur, & expedierit, pro iustitia conseruanda, & obseruãda tàm magnis, quàm paruis in omni genere, & spetie iuris, & iurisdictionis, cuiuscunque Ciuilis, & Criminalis, & cohertionis cum pœnarum, & bannorum impositionibus, & earum exactione.

Item, quod idem D. Marchio faciet pacem, & guerram pro Communi Asten. & versa vice Commune Astense pro ipso D. Marchione contra quamcunq; personam specialem, & singularem publicam, & priuatã, Collegium, & Vniuersitatem, & quocunq; nomine censeantur, non obstantibus confederationibus, iuramentis, seù promissionibus, quibuscunque hinc retro factis, & initis cum quacunque persona, vel Collegio in contrarium.

Super

Super quibus omnibus sibi dari consilium postulauerunt à Credendarijs, & Consiliarijs consilij, Generalis magni Communi,& populis Ast. more solito cōgregatis super voltas de Sancto, sono campanæ, & voce præconis. In quo consilio erant, vltraquam duæ partes Consiliariorum dicti consilij.

Nomina quorum Consiliariorum sunt hæc. In Primis.

Dom. Federicus Contraynus Perciuall.
Gulielmus Galuagnus Gut.
Oliuerius Turchus.
Guiglinus Ysnardus.
Villanus Ysnardus.
Simoninus Ysnardus.
Benentinus Gutuerius.
Ricardus Gutuerius. **De castello.**
Iacobus Pelleta Pagliana.
Guglielmus Pelleta.
Genuen. Pelleta.
Daniel Pelleta.
Brandus Pelleta.
Rogeronus Pelleta.
Andræeta Pelleta.
Manfredus Pelleta filius D. Nicolini.
Bartholacius Pelleta.
Odoninus, Henricus, Georgius, Raymūdus, & Benentinus de Asinarijs.
Franciscus Bonefazonus, & Ioanninus de Pallidis.
Manfredus, Gulielmus, Conradinus, Petrinus, & Matthæus de Rottarijs.
Iacobus Thomaynus, Loysius, Petrinus, & Obertonus de Scarampis.
Bādracherius, Baglachinus de Buneis.
Boccacius, Bonifacius, Dragonus, Gualeta.
Iannonus, Falconus de Layolis.
Iacobus Vicius.
Girardinus Cortesius.
Secundinus, Georginus, Antoninus, Gualeta de Garretis.
Franciscus Abellouius.
Petrus Pulsauinus.
Ioannes Bulla.
Bartholonus Caccharanus.

Obertonus Caccharanus.
Robertus Rex.
Iacobus Mantinella.
Arditio Strazatus.
Bertraminus Alpherius.
Secūdinus Alpherius filius D. Federici.
Benentonus Alpherius.
Laurentius Alpherius.
Antonius de Alberico.
Laurentius de Alberico.
Dominicus Bercaudus.
Bertramus Bertramengus.
Martinus Bertramengus.
Petrinus Bertramengus.
Martinus Gammundus.
Ioannes Laurentius de Tretio.
Georgius Deatus.
Thadeotus Cauazonus.
Petrus de Arpezano.
Gulielmus Sarachus.
Henricus Malbechus.
Iacobinus de Arpezano.
Ioannes de Vicia.
Iacobus Contellus.
Bartholomæus Robertus.
Nicolinus Nasellus.
Bartholomæus de Pazo.
Fallauellus Sartorius.
Iacobus Grometus.
Petrinus Marro.
Thomas de Montrexono.
Iacobus de Vayo.
Ogerius de Vayo.
Iacobus Sartor.
Bartholomæus de Rocca.
Iacobus de Tongo.
Petrinus Cardelina.

Ioan-

Ioanninus Cardelina.
Secundus Spalta.
Gulielmus de Valle Camina.
Astexanus Morandus.
Phylippus Phizerius.
Iacobus Sarrachus.
Sacer. Bartholomæus Argardus.
Petrinus Labottus.
Obertus Morandus.
Gulielmus Rolla Beccarius.
Polinus de Platea.
Philippus Valleuitus.
Manuel Morus.
Dominicus de Calandina.
Bauduinus Yricius.
Georgius Morus.
Secundinus Laurentius.
Leo Laurentius.
Luysius Laurentius.
Leo Saluanus.
Antonius Borellus.
Franciscus Saluanus.
Bartholomæus Guarleta.
Bartholomæus Guarleta filius D. Thomæ.
Ioanninus Alionus.
Gulielmus Alionus.
Scaparrinus Alionus.
Augustonus Casteglonus.
Gabrinus Capra.
Gulielmus de Nono.
Petrinus Nouellus.
Ioannes de Vlmeto.
Franciscus Deatus.
Benedictus Speciarius.
Franciscus Follus.
Nicolinus Musa.
Astexanus Morenzengus.
Henricus Polla nona.
Matthæus de Portis.
Antonius Crocia.
Damianus Bordinus.
Manuel de Donna Bruna.
Dominicus Pilus.
Tyrasius della Salla.
Henricus Gambarellus.
Xandrinus Rocchalla.
Rodulphus Galamanus.
Manfredus Sauarrinus.
Branchacius Fusnellus.
Borrellus de Roccha.
Rolandus de Marcenasco.
Andræas Sartor.
Iacobinus de Castagnolis.
Baudrachinus Grassus.
Obertus Clauerius.
Facinus Caresonus.
Gulielmus Barletus.
Vassallus Sartor.
Matthæus de Alba.
Iacobus de Gualdo.
Iacobus Bernardus Becchariuś Castagna.
Ioannes Turchus.
Bartholonus Yracius.
Raymondinus Zolius.
Ioanninus Capellus, &
Oddoninus Pominus.

Petrus de Arpezano vnus ex Credendarijs dicti Consilij consulit, quod dictæ prouisiones, prout prçuisę, & ordinatę sunt per dictos sapientes auctoritate præsentis generalis consilij valeant, & teneant, & robur habeant, & firmæ sint, prout superius scriptæ sunt, non obstante aliquo capitulo, vel statuto, quod in contrarium loqueretur, facto, vel imposterum faciendo speciali, vel generali, seù alia reformatione facta, vel fienda, & non obstante aliquo capitulo dicti Communis speciali, vel generali, quod loquatur de baylia, nemini concedenda, nisi prius lecta, & vulgarizata fuerit in ipso pleno consilio, siue Arengo Ciuitatis prædi-

prædictæ, & quod loquatur de hauere Communis non dando, & non expendẽdo, & capitulo, quod loquitur de non obligare Commune, nec Vniuersitatem Astensem, & omnibus alijs capitulis, statutis, reformationibus factis, & faciendis, loquentibus in contrarium, quibus in omnibus derogatum sit, & derogetur per præsentes prouisiones, & reformationem, ac si specialiter facta esset mẽtio de eisdem.

Illud idem consulerunt D. Faylinus Guttuerius, Iacobus Pelleta, Buninus de Bunijs, Nasinotus Pallidus, & Leo Saluanus omnes Consiliarij dictæ Vniuersitatis, & Consilij de vnanimi, & concordi voluntate, & nemine discrepante, nec in contrarium consulente. In reformatione cuius Consilij facto inde sólemniter partito, per D. Henricum Capellum Iudicem, de mandato dictorum Consulum, & de voluntate dictorum Rectorum de sedendo ad leuandum, vt moris est. Placuit omnibus nemine discrepante in omnibus, & per omnia, prout consulit dictus Petrus de Arpezano, & alij supradicti consultores, & prout in eius, & eorum consilio, & consilijs, & dictis plenius continetur, & scriptum est in prouisionibus antedictis. Actum vt supra præsentibus nobilibus Viris DD. Ghiono, Martino, Oberto, Ottobono, Ioannino Comitibus de Cocconato, Franciscluno de Gabiano, Antonio de S. Nazario de Gerrollis, Iacobo de Bardo, & Brancacino Fusnello de Ast notis restibus vocatis, & rogatis. Et inde præceptum fuit per me Raymundellum Notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum dictandum, & reficiendum si opus fuerit consilio sapientium.

Susseguentemente l'anno mcccxl. conoscendo il predetto Marchese esergli impossibile potere ottenere essa Città, con participatione delli Cittadini, la concesse à Luchino Visconte per vita sua, come più distintamente racconta Pietro Azario, facendo di ciò la susseguente commemoratione.

Præterea D. Luchinus Vicecomes Ciuitatem Parmæ ostendendo de ea non curare cum Vniuersis fortalicijs, & castris huiusmodi districtus habuit, & quam Ambasciatores Parmenses protulerunt, Ciuitatem Bobij acquisiuit, Tardonã, & Alexandriam dominauit, Ciuitatem Ast habuit, & cum pactis pro vita sua, & quoquomodo audietis. Nam domus illorum de Solerio, quæ in partibus illis vigintiquatuor castra, & magna fortalicia habebat, Astensi Ciuitati dominabatur, & in tanta superbia creuerunt, quod alias domos, & parentelas Astensium pro nihilo reputabant. Nam pars Gibellina extrinsecus tenebatur, quamq; aliqua castra in Astensi districtu possideret; & in tantum elatæ hi de Solerio fuerunt superbia ceruicosa, quod Rottarij nobiles, & potentes, & qui ab vno tecto plateæ cum maioribus de Solerio conuersabantur, propter grauia, quæ ipsis faciebant, cęperunt contra istos de Solerio cogitare. Domus autem Pelletarum, quæ tunc personis, & pecunia multas Astenses excedebat, cœpit istis Rotarijs propter alia adherere, & in tantum adheserunt, quod tractatum fecerunt cum domo de castello Trinaria, quia ex tribus parentelis nobilium Gibellinorũ vnita, scilicet ex Guttuarijs, Isnardis, & Turchis, & mediante D. Ioanne Marchione Montisferrati, qui multum de dicta domo de Solerio timebat. Dederunt autem

tem ordinem, quod vna die Ciuitatem ipsam intrauerunt, & ipse Marchio cum toto ipsius exfortio præsens fuit ad bellandum, & dominium ipsius Ciuitatis habuerunt. Qui Marchio expulsa solummodo illa domo de Solerio, titulum dominij Ciuitatis Asten. acquisiuit, & ipsum pluribus annis tenuit possidendo. Et quia, vt superius dixi dicta pars expulsa, castra præmissa possidendo, potens erat, guerram ipsi Ciuitati fecit, & cum alijs regalibus Pedemontium, & in tantum, quod ipsi Marchioni durum erat, imò impossibile ipsam Ciuitatem posse tenere. Et cõmunicato consilio dominium ipsius Ciuitatis, & districtus Astensis prædicto Mag. D. Luchino cum dictis pactis, & conuentionibus, & in vita sua dederunt, & quæ ipse valdè benè obseruauit. Erat autem prædictus D. Luchinus Gibellinissimus, quamquam in Mediolano non ostenderet, in quo noluit aliquem esse Guelphum præterquam domum della Turre. Et timens ne isti de Solerio de Ast caput iterum facerent partis Guelphæ, curauit ipsos summo studio deguastare, & guastauit. Nam domus illa pro tenendo centum equos, & armigeros, vltra solitum solum denarium non expendebat, cui similis in potentia non erat in Lombardia tunc. Et pro eo fauit ipsis Astensibus Gibellinis, & cum exercitibus, machinis, & alijs necessarijs ad expugnationem dictorum castrorum iuerunt, & ipsa castra ceperunt, diruerunt, & splanauerunt, & possessiones eorundem inter se diuiserunt, cum aliquibus castris, quæ quamquam non sua essent per ipsos de Solerio occupabantur; & tantum fecerunt, quod nullus Dominus in districtu Astensi bona possidebat, neque nominabatur. Curauit, postea circa finem dictum D. Marchionem Montisferrati velle deprimere, & vtinam fecisset per ea, quæ secuta sunt, & quæ dicentur inferius de partibus Lombardiæ, & causa est, quia videbat ipsum nimis crescere. Nam ipse Marchio Marchionatum suum, quẽ repererat laceratum propter aduersitates Theodori quondam patris sui, iam reintegrauerat, & alij Marchiones adherentes ipsi de Monferrato fauebant sibi, timentes impetum Mediolani, & nolentes ipsius Dominio subiugari, sicut Marchio Cremolini de Malaspina, Marchiones de Ponzono, Marchiones Carretini, Marchiones Ceuæ, qui Marchiones Ceuæ in angulo Pedemontium sunt conclusi, & quod verum esset inditia procedebant. Nam peti faciebat per Vercellenses, & re vera ipse erat; terras Tridini, Triceti, Pallazolij, Fontaneti, Liburni, & Blanzate, diù per Marchiones possessas citra Padum, quę Terræ fortes, & notabiles, & plenè erant populo, & frutifere valdè nimis. Et jam terram de Verruca cum castro ceperat possidere, & ab Episcopo Vercellensi velle recognoscere, quæ est vltra Padum, & quæ damnum dare, vel plurimum poterat, & potest ipsi Montiferrato, valdè aspero ad bellandum. Et Crescentinum, quod est D. Antonij filij quondam D. Ricardi de Tizonibus citra Padum in oppositum ipsius montis Verrucæ iam cœperat possidere. Et dicitur, quod nisi prædictus Marchio Montisferrati à Mediolano cum cautela, & dimissa ipsius societate in Mediolano, & equis Papiam fugisset, quod malè successisset, ex qua odium incepit contra Papienses, nec deinde in vita sua dictus Marchio Mediolanum rediuit.

L'anno

L'anno predetto mcccxliiij. Hipporegiensi per publico conseglio diedero la Signoria, e dominio d'essa Città al Marchese Giouanni con l'osseruatione d'ogni solennità, che se gli richiedeua, perilche ne fu rogato instromento à Bogeri della Sala, Secretaro di esso Marchese.

L'anno mcccxlv. Giouanna Regina di Sicilia à prieghi della parte Guelfa, e particolarmente de' Cheriensi mandò in Lombardia Reforza Dago Senescalco del Rè Roberto suo marito in aiuto loro contro la parte Gibellina, ch' ella haueua in odio per la grande carità, & affettione, che ella portaua alla parte Guelfa, e gli diede l'Insegna dell'armi di Sicilia, li quali non hanno altra diferenza dal scudo di Francia, che vn rastello rosso, e mandò seco per conseglio vn Monsig. Bestet huomo sauio, e prattico, & alcuni altri valenti huomini, cioè M. Giouanni de Cimicis, M. Perciuallo de Potes, il figliuolo del Conte Pietro di Ricorsi, e molti altri nobili huomini Prouenzali esperti di guerra. Cheriensi, e li Falletti intesa la venuta loro molto se ne rallegrarono, e diedero per conseglio à Reforza Dago, & à M. Bestet, che andassero à mettere l'assedio auanti la Città d'Alba; dicendo, che li Cittadini di essa Città gli erano molto contrarij, & auersarij, e gli haueuano fatto molte ingiurie, e dispetti. Cheriensi, e Prouenzali anch'essi non si discordarono dal conseglio de' Falletti, e con l'essercito loro subito caualcarono all'assedio della detta Città, & in breue tempo la conquistarono, & entrati dentro il Senescalco dimandò tutti li suoi Prouenzali, e loro disse, ch'egli era di parere, che si douessero pigliare tre, ò quattro, ò cinque di quelli di essa Città, che gli erano stati più contrarij, e facesse loro tagliar la testa; e così incontinente fu essequito, e fatto. Tuttauolta oltre questa essecutione non presero in essa Città grande quantità de danari, ne gioie, ne prigrigioneri: eccetto che M. Luchino di Braia, per la cui presa tutto il popolo grosso, e minuto fece gran forza per difenderlo, in modo, che Reforza fù constretto à renderlo; e partendosi da essa impresa andò ad accamparsi nella Gamenaria, qual luogo, e fortezza si gouernaua per le genti di Giouanni Marchese di Monferrato, quelli ch'erano alla difesa del Castello vedendosi circondati dalle genti di Riforza Dago vennero al parlamento con lui, e conuennero insieme, che non hauendo soccorso dal Marchese frà la Vigilia di S Giorgio metteriano essa fortezza nelle mani del detto Riforza, il qual volendosi assicurare, che tal promessa non gli sarebbe mancata; dimandò che gli fossero dati gli hostagij, e così vno di quelli di dentro chiamato per sopranome il Rauaglioso, con alcuni altri affetttionati al predetto Marchese si offerse à voler essere vno delli tre, ò quattro, ò cinque hostagij di quelli si hauessero à dare. Il Marchese intesa detta conclusione mandò à richiedere in aiuto suo Pauesi, & altri amici, e sudditi. Astegiani poiche hebbero inteso il bisogno del predetto Marchese vennero ancora loro espeditamente, e bene in armi in agiuto suo, e caualcarono insieme con l'altra compagnia; tanto che si approssimarono appresso gl'inimici. Riforza accompagnato da Prouenzali, e Piemontesi da Pietro Falletti, e quelli della parte sua, da Cheriensi, e da quelli di Solero, Montafia, e di castello Naynault, poiche vidde spiegato lo stendardo dell'insegne dell'Imperio, e quello del predetto Marchese, qual era rosso, e bianco; fece anch'egli spiegare quello della Regina di Sicilia, collo scudo di Francia, & vn rastello rosso, e quello dell'insegne sue, qual era vn lupo di azurro in campo d'oro, e trà l'essercito suo, e quello del Marchese, nel quale erano Tomaso Malaspina, Zanardo d'In-

se, & pronunciasse, prout in ipsius pronunciationis tenore infrascripto plenius continetur; de quo recepta sunt publica instrumenta per Aresmolum de Piruano Notarium, & Cancellarium dicti D. Archiepiscopi Bonifacium filium q. Hugonetti Garucy de Mota, Raymondellum filium q. Gulielmi Baug de Grazano, Petrinum filium quondam D. Bonioannis Facolij, & Iacobinum Vsbergerium Notarios publicos super guerris, dissensionibus, odijs, inimicitijs, discordijs, & quærellis, tunc vigentibus, & existentibus inter Dominos supradictos subditos, adherentes, valitores, & coadiutores ipsorum, cognoscentes Domini supradicti, quod pronunciationem eandem, tenore ipsius ratificare tenentur infra certum tempus in eadem contentum, nundumq; præteritum pronunciationem, arbitramentum, arbitrium, diffinitionem, & declarationem prædictas, sicut, & quemadmodum in instrumento eodem, quod inferius est descriptum legitur contineri. Et omnia alia, & singula in instrumento contenta pro se, & suis hæredibus, & successoribus vniuersis ratificauerunt, approbauerunt, emologauerunt, & confirmauerunt, sicut melius potuerunt, & debuerunt de iure, vel de facto. Promittentes præfati Domini, & quilibet eorum pro se, & eorum hæredibus, & successoribus vtsupra, iuramentis suis ad Sancta Dei Euangelia corporaliter præstitis, & sub obligatione omnium bonorum suorum, alter alteri solemnibus stipulationibus interuenientibus hincinde, necnon mihi, & alijs Notarijs infrascriptis, vt publicę personę stipulāti, & recipienti vice, & nomine omnium quorum interest, vel interesse poterit, in futurum dictam pronunciationem, arbitramentum, arbitrium, diffinitionem, & declarationem, sicut, & quemadmodum continetur in instrumento infrascripti tenoris, & omnia, & singula in eo contenta, rata, grata, & firma habere perpetuo, & tenere, & non contrafacere per se, vel per alium, seù alios, vel venire, sed ea omnia, & singula attendere, & complere pro se, & suis, & inuiolabiliter obseruare. Cæterum voluerunt, & mandauerunt Domini supradicti tria, vel plura de, & super prædictis omnibus ad opus dictorum Dominorum, & cuiuslibet eorum, & cuiuslibet alterius, cuius poterit interesse fieri publica instrumenta per me Notarium infrascriptum, Norium dicti D. Marchionis, & per Nicoletum de Monstacho Notarium dicti D. Comitis Sabaudiæ, & per Franciscum Roccham Notarium dicti D. Principis, dictanda, corrigenda, & emendenda, semel & pluries, ac quoties fuerit opportunum, producta in iudicio, vel non producta, dictamine sapientis; facti tamen substantia non mutata, Renunciantes, &c.

Tenor cuius talis est,

In nomine Domini Amen, Anno Natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo nono, Indictione secunda, die Veneris vigesimoquinto mensis Septembris. Ad honorem omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ eius matris Virginis, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & B. Ambrosij Confessoris, & defensoris huius Ciuitatis Mediolani, & totius Curiæ cęlestis. Nos Ioannes Dei gratia Sanctæ Mediolanen. Ecclesiæ Archiepiscopus, ac Ciuitatis Mediolani, Brixiæ, &c. Dominus generalis, &c. Cum multæ, & variæ, & diuersæ guerræ, contrprincipal

trouersiæ, discordiæ, & dissensiones fuissent, & essent, ac maiores esse timerentur inter Illust. Principem D. Amedeum natum bonæ memoriæ D. Aymonis Comitem Sabaudiæ, & Mag. D. Iacobum de Sabaudia Principem Achayæ, Vassallum suum ex vna parte, & Illust DD. Ioannem natum bonæ memoriæ D. Theodori Marchionem Montisferrati ex altera, & tandem interuenientibus nonnullis amicis, consanguineis, & fidelibus partis vtriusque. Ipse partes, scilicet dictus Dominus Comes pro se, & suo nomine, & item nomine, & vice dicti D. Principis, ac omnium suorum, & dicti D. Principis adherentium, & sequacium, & pro eis pro vna parte, & prædictus D. Marchio pro se, & suo nomine, ac etiam nomine, & vice omnium suorum adherentium, & sequacium, & pro eis ex altera. In nos tanquam in arbitrium, & arbitratorem, & amicabilem compositorem, & dispositorem compromisissent generaliter de prædictis, & alijs omnibus guerris, controuersijs, discordijs, & discensionibus inter eos, suis, & dictis modis, & nominibus, vel inter ipsorum aliquos, quacunque occasione, vel modo vertentibus. Promisissentq; sub suorum quoquo modo obligatione bonorum omnia, & singula præcepta, arbitramenta, sententias, diffinitiones, & pronunciationes, quæ nos inter ipsas partes, suis, & dictis nominibus præcipere, arbitrari, sententiare, diffiniro, & pronunciare voluerimus attendere obseruare, & adimplere, ac per suos adherentes, & sequaces attendi, obseruari, & adimpleri facere cum effectu sub pœna l. florenorum auri, dandorum, et soluendorum per partem non attendentem, et non obseruantem, et non facientem cum effectu attendi, et obseruari, vt superius legitur, Cameræ nostræ pro medietate, et pro reliqua medietate parti obseruanti, et attendenti, seù attendere, et obseruare volenti, et facienti cum effectu attendi, et obseruari, vt superius continetur, etc. prout sic, vel aliter plenius continetur, quibusdam publicis instrumentis compromissorum traditis, & rogatis hoc anno per Hyppolitum Arnum Mediolanensem Notarium, & Cancellarium nostrum. Nosque ipsa compromissa purè, & liberè acceptauerimus, & etiam per præsens instrumentum acceptemus, vt discordias, guerras, & scandala, quæ humani generis inimicus seminat, & seminare quotidie satagit, & conatur amouere, & penitus extirpare valeamus, non timentes nostros labores immensos, & curam nostrorum subditorum, quibus quotidie aggrauamur, sed potius volentes humeros nostros benignè laboribus subiugare, vt possimus alijs pacem, & requiem præparare. Reseruatis tamen nobis omnibus arbitrio, potestate, & baylia nobis competentibus quoquo modo vigore dictorum compromissorum tàm in procedendo, quàm in terminando, de, & super omnibus, de quibus inter dictas partes nobis videbitur, cognoscendum, & terminandum. Primò, & ante omnia terminum, seù termines dictorum compromissorum ex auctoritate, baylia, arbitrio, & potestate nobis vigore dictorum compromissorum datis, & concessis, & omni autem potestate, & baylia, quibus ratione nostri dominij Ciuitatis Mediolani fungimur, omnique alio modo, forma, & iure, quibus melius possumus, ex certa scientia, & de nostræ plenitudine potestatis proroga hinc ad annum vnum prox. venturum. Retinentes in nobis nihilominus

nus arbitrium, potestatem, auctoritatem, & bayliam, terminum, seù terminos dictorum compromissorum, iterato prorogandi semel, & pluries, & totiens quotiens nobis placuerit. Deinde Christi nomine inuocato sedentes in Curia habitationis nostræ Mediolani super Palatio nostro nouo respiciente super contrata, & curtili nostro nouo in quadam camera coherenti cameræ nostræ cubiculari, viam arbitratoris, & amicabilis compositoris in hac parte eligentes pro bono, & quiete partium prædictarum. Pronunciamus, diffinimus, arbitramur, arbitramentamur, præcipimus, & declaramus vt infra. Quas quidem pronunciationes, diffinitiones, arbitria, & arbitramenta præcepta, & declarationes volumus, & mandamus per ipsas partes suis, & dictis modis, & nominibus debere attendi, obseruari, & adimpleri, & fieri cum effectu, quod eorum sequaces, & adherentes, attendant, obseruent, & adimpleant sub prædicta pœna, modo, & forma prædictis soluenda, & toties committenda, & cum effectu exigenda à cõtrafaciente, seù contrafacientibus quoties his fuerit contrafactum, & ea pœna commissa exacta semel, & pluries, vel non exacta, nihilominus hæc omnes, & singulæ nostræ pronunciationes, diffinitiones, arbitria, arbitramenta, præcepta, & declarationes inuiolabiliter attendantur, & obseruentur, & attendere, & obseruare dictæ partes dictis modis, & nominibus, & quilibet ipsorum dictis modis, & nominibus teneantur.

In primis namq; pronunciamus, diffinimus, arbitramur, arbitramentamur, præcipimus, & declaramus bonam, & veram pacem perpetuò duraturam, inter dictas partes, & earum adherentes, & sequaces, quam pronunciamus, diffinimus, arbitramur, arbitramentamur, præcipimus, & declaramus per eas partes, & earum quamlibet, & earum sequaces, & adherentes debere perpetuò, & inuiolabiliter obseruari, & eas partes, vel aliquam earum, aut aliquem earum, vel alicuius earum adherentem, & sequacem non debere contra ipsam pacem quoquo modo facere, vel venire per se, vel alium directè, vel indirectè, vel per obliquum tacitè, vel expressè. Quodque rancores, iniuriæ, malitiæ malè illata, & ablata, quo ad Deum, & ad Mundum hinc inde remittantur, & remissa intelligantur per ipsos Dominos.

Item pronunciamus, diffinimus, arbitramur, arbitramentamur, præcipimus, & declaramus, quod Ciuitas Hipporeggiæ cum toto districtu, iurisdictione, omnimoda, mero, & mixto imperio, castris, villis, locis, feudis, retrofeudis, nobilibus, & non, cæterisque iuribus, & pertinentijs ad ipsam Ciuitatem pertinentibus, quocunque titulo, siue causa ab hodierna die die in antea sit, & esse debeat dictorum Dominorum Marchionis, & Comitis, & quilibet eorum habeat medietatem pro indiuiso prædictæ Ciuitatis, eiusque iurisdictionis, districtus, imperij, resorti, feudorum, retrofeudorum, castrorum, villarum, locorum, cæterorumq; iurium, & pertinentiarum ad ipsam Ciuitatem pertinentium, vtsupra. Et quod dictus D. Marchio medietatem pro indiuiso dictæ Ciuitatis, & districtus, cęterorumq; iurium, et pertinentiarum ad ipsam Ciuitatem, eiusq; districtũ pertinentibus prædicto D. Comiti, hinc ad mensem vnum proximè futurum

tenearur,

teneatur, & debeat tradere, & expedire, & expeditam de cętero dimittere, & relaxare pacificè, & quietè, quodque omnes, & singuli foreusciti Hipporegiæ possint si voluerint venire ad dictam Ciuitatem, & destrictum Hipporegiæ, & in eisdem Ciuitate, & destrictu stare, & habitare, ire, & redire valeant, & permittãtur pacificè, & quietè, prout ante expulsionem eorum veniebant. Et quod ipsi foreusciti, qui vt permittitur venire voluerunt ad ipsam Ciuitatem Hipporegiæ cum illis intrinsecis, aliquibus districtualibus, vel habitatoribus dictæ Ciuitatis, eiusque districtus, cum quibus guerram specialem habent, pacem, & cõcordiam faciant, & faciant sibi inuicem remissionem de omnibus, & singulis rebus mobilibus, ablatis, & habitis per aliquam ipsarum partium, seù ipsas partes, vel alteram earum.

Item pronunciamus, diffinimus, arbitramur, arbitramentamur, præcipimus, & declaramus, quod omnes, & singuli dictæ Ciuitatis, & districtus Hipporegię tàm extrinsici, quàm intrinseci incolæ, & habitantes ipsius Ciuitatis, & districtus per prædictos D. Comitem, & Marchionem ad eorum gratiam admittantur. Et quod eis omnibus præfati D. Comes, & Marchio omnia eorum tàm extrinsecorum, quàm intrinsecorum bona immobilia dimittant liberè expedita, saluo quod si qui ex foreuscitis, siuè extrinsecis prędictis venire nollent ad ipsam Ciuitatem, seù ad gratiam, & obedientiam dictorum Dominorum, bona eorum, qui venire recusauerunt, vt supra sint ipsorum Dominorum Comitis, & Marchionis vtriusque videlicet ipsorum pro medietate pro indiuiso.

Item, quod dicti forusciti ad aliquas taleas Impositiones, seù debita Communis factas, & facta à tempore expulsionis eorum, vsque ad diem quo fuerunt reuocati, seù antequam illi ad gratiam dictorum Dominorum minime teneantur, nec compelli valeant, pro eisdem.

Item, quod si idem D. Marchio, absque hærede legitimo masculo decederet (quod absit) quod in illo casu dicta Ciuitas Hipporregiæ tota ad dictum D. Comitem debeat peruenire, cum omnibus iuribus, districtu, & pertinentijs ipsius Ciuitatis.

Item, quod dictus D. Marchio dictam medietatem ipsius Ciuitatis, & pertinentiarum eiusdem sibi spectantem, vendere, alienare, vel alio quouis modo transfere non possit, nisi in D. Comitem antedictum. Ne ipse D. Comes ad socium, & consortem habendum, & extraneum à cognatione sua in ipsa Ciuitate cogatur inuitus. Et ne ipsa Ciuitas, vel aliqua eius pars ad quam ipsi D. Marchio, & Comes efficiuntur ad extraneos, vel alios perueniat, nisi vtrique coniunctos. Non possit etiam ipse D. Comes, vel eius successores partem Ciuitatis eiusdem, quam ad ipsum, vt permittitur pronunciamus præsentialiter pertinere debere, seù partem per ipsum D. Marchionem retentam, & sibi declaratam pertinere. Si res casu quo medietas ipsius D. Marchionis ad ipsum D. Comitem, vel eius successores perueniret, vt supra, vel aliquam partem partis, vel totius partem vendere, donare, infeudare, vel quouis titulo in alium transferre, sed semper remaneat ei, & eius successoribus Comitibus Sabaudiæ perpetuò pleno iure, & sine

 dimi-

diminutione quacunque, & si contrafieret non teneat, nec valeat ipso iure.

Item, quod præfati D. Marchio, & Comes præstent alternata iuramenta, quod benè, & fideliter absque fraude dictam Ciuitatem Hipporegiæ, & districtum, villas, & castra ipsius, vnus alteri, & alter alteri, suo posse custodient, & seruabunt, tenebuntur, & defendent contra omnes.

Item, quod dictus D. Marchio Villas, Castra, & loca forescitorum de Cherio, seù habitantium, & incolarum dicti loci existentium de destrictu Cherij, cum territorijs, & pertinentijs eorundem, & cętera per eum occupata in dicto districtu reddat, & det dicto D. Comiti, & quod dicti foreusciti, & cęteri prædicti homagia, & ea, quæ dicto D. Marchioni faceret, & facere tenebantur, Præfato D. Comiti facere, & ei obedire pœnitus teneantur infra mensem vnum proxim. à præsenti die inchoandum.

Item, quod ipse D. Comes præfatis foreuscitis Cherij domos, res, possessiones, & bona immobilia, quæ infra Cherium, & territorium habebant, & alibi in Terris dictorum DD. Comitis, & Principis tempore expulsionis eorum foreuscitorum, reddi faciat eisdem, procuretque pœnitus cum effectu pacem, & concordiam inter foreuscitos, & incolas Burgien. & intrinsecos fieri de guerris, quæstionibus, & querelis existentibus inter eos, infra mensem vnum, hodie incohandum, quodque idem D. Comes ipsos foreuscitos fauorabiliter tractet, prout cęteros intrinsecos dictæ terræ. Ipsosque restituat infra dictum terminum in honoribus, commodis, & beneficijs, quibus ante expulsionem eorum gaudebant, & prout gaudent alij Burgenses dictæ Terræ.

Item, quod dicti foreusciti de Cherio ad aliquas taleas, vel impositiones, seù debita Communis factas, seù facta à die expulsionis eorum, vsque ad diem quo reuocati, seù restituti in eorum bonis fuerunt per dictum D. Comitem, minimè teneantur, nec compelli valeant pro eisdem.

Item, quod castra Montiscucchi, & Vergnani cum omnibus suis districtibus, & pertinentijs sint, & esse debeant præfati D. Marchionis Montisferrati; & si aliqua ad dicta castra, vel alterum eorum, seù pertinentias eorum, vel alicuius eorum spectantia tenentur, restituantur dicto D. Marchioni infra mensem vnũ, hodie incohandum; saluo, & reseruato, quod si reperiretur aliquam personam, vel personas habere aliquas terras, vel domos, aut alia immobilia in dictis castris Montiscucchi, & Bergnani, seù altero eorum, vel eorum, seù alicuius eorum territorio, quod eò casu eidem personæ, seù personis debeant dimitti, & relaxari ipsa omnia ad talem personam, seù personas pertinentia. Ipsa persona, seù personis faciente, seù facientibus versus præfatum D. Marchionem totum id, quod facere de iure tenetur, & debet, seù tenentur, & debent; & si qui essent expulsi de dictis Castris, seù Terris, quod ad ipsa, seù ipsas restituantur, & per ipsum D. Marchionem fauorabiliter pertractentur.

Item, quod si aliquis contractus reperiretur factus per foreuscitos omnium ipsorum locorum, vel alterius eorum occasione, alicuius alienationis simulatæ ob defensionem, vel aliter, seù aliquo colore, & probari poterit, sic esse per indi-

tia,

tia, vel præsumptiones sufficientes arbitrio Iudicis eligendi per dictos D. Marchionem, & Comitem in Hipporegia, & dictum D. Comitem in Cherio, quod talis contractus, & alienatio rescindatur, & perinde sit, ac si nunquam factus, vel facta fuisset.

Item, quod in ipsis terris Hipporegiæ, & Cherij registrum, seù extimum fiat de nouo, secundum qualitatem, & quantitatem diuitiarum cuiusque, & interim non possit eisdem aliqua imponi collecta, seù talea secundum extimum, nunc existens; sed in hoc deferatur, vsque ad noui extimi confectionem, quod quam celerius fieri poterit conficiatur; & si prò aliquibus opportunis taleam ante confectionem noui extimi fieri oporteat imponatur, & fiat aliter quam ad extimum nunc existens, prout iustius, & equius videbitur secundum facultates cuiusque.

Item, quod si aliquis foreuscitorum prædictorum aliquid habeat facere cum Communi, quod illi Domini ex prædictis, ad quos pertinebit, teneantur fieri facere ipsi foreuscito summariæ iustitiæ complementum, non obstantibus suprascriptis, & infrascriptis.

Item, quod prædictus D. Marchio restituat, & restituere debeat castrum Malgrati dicto D. Comiti infra mensem vnum proximũ, hodie incohandum. Et quod villa Ripparolij cum eius iuribus reddatur, & restituatur per D. Principem illis quorum est, & esse solebat ante exortam guerram supradictam. Et quod prædicti D. Marchio, & Princeps non possint aliquod ius de nouo in prædicta terra Ripparolij, & eius territorio acquirere, aliqua ratione, vel causa, seù modo.

Item, quod de omnibus quæstionibus, quærellis, & guerris, & controuersijs vertentibus, vsque ad diem præsentem, & existentibus inter prædictos D. Marchionem, & Principem exceptis tangentibus Ciuitatem Hipporegię, districtum, & pertinentias eiusdem Cherij, & districtum, Montemcuchum, & Vregnanum, Castrum Malgrati, & villam Ripparolij, prout supra, quæ remaneant, sicut est superius declaratum. Ipsi D. Marchio, & Princeps quatuor viros probos de terra sua, quos voluerint eligant, videlicet, quilibet pro parte sua, duos quibus iura sua præponant, & præponere debeant, qui quatuor auditis partium iuribus iure, vel concordia, ipsas quæstiones, & quærelas sedare valeant; ac etiam terminare. Eo autem casu, quo quæstiones ipsas pacificare, & terminare non possent, ipsi D. Marchio, & Princeps eligant duos, quos voluerint, vnum pro qualibet parte, qui non sint subiecti, vel affines, alicuius dictorum Dominorum, & ipsis non concordantibus septimum, qui partium auditis iuribus per viam iuris, atque formam tantum, quæstiones ipsas possint, & debeant terminare. Ita tamen, quod ipsi si voluerint de, & super quæstionibus ipsis consilium Iurisperitorum, non suspectorum habeant, prout eis videbitur expedire. Et teneantur ipsi Domini ipsos cognitores eligere infra mensem vnum proximũ, hodie incoandum; & locum, diem, & tempus præfigere, ac statuere, infra quod iura sua præponant, & præponere debeant, & ipsas quæstiones sic terminare.

Item si contingeret dictum D. Principem (quod absit) facere contra pacem, vel præsentem nostram pronunciationem, seù paci, vel præsenti pronunciationi

in aliquo contraire, quod D. Comes teneatur ipsum compellere ad ipsius pacis, & pronunciationis obseruantiam, & pœnæ solutionem, non derogando propterea, quin idem Dominus Princeps per nos Ioannem, & alios Iudices competentes cogi possint ad obseruantiam pacis, & pronunciationis prędictarum, & ipsius pœnę solutionem. Et vltra ipse D. Comes, dicto D. Principe faciente contra pręmissa, non debeat, nec possit eidem D. Principi date contra ipsum D. Marchionem, & suos auxilium consilium, vel fauorem, donec satisfecerit, & emendauerit idem D. Princeps omnia, ad quæ tenebitur, & teneretur vigore præsentis pronunciationis.

Item, quod foreusciti, banniti, & confinati de Terris prædictorum Dominorum, vel aliquibus, seù aliqua ipsarum Terrarum causa, vel occasione, alicuius ipsorum Dominorum sint quitti, & liberati, & ad sua propria, vt de foruscitis Cherij, & Hipporegiæ superius agitur, restituantur, & reuertantur, & restituti esse intelligãtur, excepto illo de Taurino, vel illis exceptatis de Taurino, qui alias in pace facta inter dictos D. Marchionem, & Principem fuit exceptatus, seù fuerunt exceptati; & de quo, seù quibus pronunciatum fuit, quod deberet, seù deberent extra remanere. Cui exceptato, seù quibus exceptatis, vt prędicitur dandi licentiam, & possibilitatem ad propria reuertendi, & eum, seù eos quittandi, & liberandi, vt de alijs est præmissum, sicut & quando voluerimus nobis arbitrium reseruamus, & omnimodam potestatem. Et quod omnia banna, condemnationes, & processus facti, & factæ, & data contra aliquem ex foreuscitis, seù intrinsecis locorum prædictorum sint cassa, irrita, & remissa, & ex nunc, prout ex tunc pro cassis irritis, & remissis habeant, & sint, & prædicta fiant infra mensem vnum prox. hodie incohandum. Et quod carcerati hinc inde infra dictum terminum liberè relaxentur; in quibus condemnatis, bannitis, & confinatis intelligantur foreusciti Cherij, & eorum sequaces.

Item, quod Venerabili Fratre nostro D. Episcopo Hipporegien. præstantem bonam seruitutem in manibus dictorum DD. Marchionis, & Comitis, quod ipsi D. Marchio, & Comes de castro Albian. & villa Andratæ, & prædicti Reuerendissimarum earundem, seù causa ipsius villæ Andrat. & castri Albian. non patientur aliquam læsionem, & damnum aliquod non inferetur eisdem. Idem D. Marchio dictum castrum Albian. & villam Andrat. cum districtibus, & pertinentijs eorundem restituat, & reddat D. Episcopo memorato.

Item dicimus, pronunciamus, diffinimus, arbitramur, arbitramentamur, præcipimus, & declaramus omnia, & singula per nos superius declarata pronunciata, diffinita, arbitrata, arbitramentata, præcepta, & declarata, debere per ipsas partes, & quamlibet earum solemniter emologari, approbari, ratificari, & confirmari sub pœna, seù pœnis in ipsis compromissis appositis infra dies quindecim proximos, post notificationem de ipsis omnibus eis factam, quæ quidem pronunciata, diffinita, arbitrata, arbitramentata, præcepta, & declarata fecimus, sedentes in suprascripta Camera dicti nostri palatij in omnibus, & per omnia, prout superius continetur. Absentibus partibus suprascriptis mandantes

tes Aresmollo de Pirouano Notario infrascripto Cancellario nostro, & Raymondelio infrascripto Notario dicti D. Marchionis, vt de præmissis vnum, vel plura eiusdem tenoris conficere debeant instrmenta.

Actum Mediolani in Camera habitationis præfati Reuerendissimi Patris, & D. D. Ioannis Archiepiscopi, & D. Mediolani, &c. vt supra, super palatio suo nouo, respiciente super contrata Verzarij, & curtili suo magno, in quadam camera, coherenti cameræ cubiculari dicti D. Archiepiscopi pro Notarijs fuerunt ibi Aresmollus filius D. Gulielmi de Pirouano Ciuis Mediolanensis, Bonifacius filius quondam Hughetti Guarnerij de Mora Grationopolis Diœcesis Notarius, & familiaris dicti D. Comitis, & Petrinus filius quondam D. Bonioannis de Faxolijs Parochiæ S. Fidelis, & Iacobinus Vsberghérius filius D. Rizardi Portę Cumanæ Parochiæ S. Marcelli ambo Ciuitatis Mediolani Notarij, & Cancellarij prædicti D. Archiepiscopi interfuerunt ibi testes, D Petrus de Loes filius D. Petri, & Lanzalotus de Castellione, Condominus castri de Cullc f. q. D. Perroneti ambo Diœcesis Geben. Consiliarij præfati D. Comitis, & D. Matthæus Scarampus filius D. Antonij, Hughetus Ysnardus de Castello filius D. Thomayni ambo Ciues Astenses Cōsiliarij D. Marchionis prædicti, & D. Gulielmus Marchio Pallauicinus de Burgo S. Donini Parmen. Diœcesis, filius D. Cazani, & Guiscardus de Lancijs de Grumello filius D S monis Ciuis Pergamen. Consiliarij, ac Vener. Vir D. Ioannes Zucha Præpositus Taurinensis in spiritualibus, necnon sapientes Viri D. Raymundinus filius quondam D. Federici Archidiaconus Legum Doctor, & Fulchinus de Schicijs Iurisperitus filius D. Paxini Ciues Cremonenses in temporalibus Vicarij præfati D. Archiepiscopi, & cum eo D. Archiepiscopo commorantes omnes noti, vocati, idonei, & rogati.

Et ego Raymondellus filius Gulielmi Bauæ de Grazano Notarius Diœcesis Vercellen. præmissis præsens interfui, & eiusdem D. Archiepiscopi, & supradictorum mandato hoc instrumentum traddidi, & rogatus subscripsi, signoque meo consueto signaui.

Traditio dominij Ciuitatis Hipporegiæ. Data per D. Marchionem, D. Comiti pro medietate pro indiuiso.

In nomine Domini Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo nono, Indictione secunda die vigesima quinta mensis Octobris, in palatio Communis Ciuitatis Hipporegiæ, præsentibus Mag. & potentibus Viris D. Amedeo Comite Geben. Ottone de Brunsuerch, Gulielmo de Bulina, Ioanne de Cocconato, Aymone de Chialant, Ottolino de Ghiselbertis, Guidone Cathenæ, Vener. Viro D. Fratre Fratre Gabrio Dei gratia Abbate Monasterij Lucedij, Georgio de Solerio, Mattheo Scarampo, Lanzaluto de Castelliono, Guideto Ysnardo, Petro Vuglentij, & Ioanne de Cerexeto testibus vocatis, & rogatis. Illustris Princeps D. Ioannes Marchio Montisferrati volens pacem pronunciatam per Reuer. in Christo Patrem D. Ioannem Vicecomitem Archiepiscopum, & D. Mediolani, &c. inter ipsum D. Marchionem ex parte vna, & Illust. Principem D. A. Comitem Sabaudiæ nepotem ipsius Domini Marchionis parte altera,

De quo pronunciamento, & pace constat publicis documentis receptis, per me Notarium infrascriptum, & plures Notarios, hoc eodem anno, & Indictione, die vigesimaquinta mensis Septembris, maximè de Ciuitate Hipporegiæ inuiolabiliter obseruare, in palatio Ciuitatis eiusdem, vbi consilia fiunt, & fieri consueuerunt in pleno arengo hominum Ciuitatis eiusdem; assistente ibidem nobilium, & Procerum vtriusque Dominorum non modica commitiua, traddidit, & expediuit dicti D. Comiti recipienti, & acceptanti medietatem pro indiuiso dictæ Ciuitatis Hipporegiæ cum iurisdictione omnimoda, mero, & mixto Imperio, ita quod ab hodie in antea sit, & esse debeat dictorum DD. Marchionis, & Comitis, & quod vterq; habeat medietatem pro indiuiso prædictæ Ciuitatis, eiusq; iurisdictionis, districtus, Imperij, & feudorum, &c. prout in capitulis dicti Pronunciamenti ipsam Ciuitatem tangentibus euidentius, & latius continetur. Et in signum veræ traditionis possessionis, & dominij pro medietate pro indiuiso, vt supra tradidit ipse D. Marchio dicto D. Comiti recipienti, & acceptanti claues portarum Ciuitatis eiusdem. Nec non ipsi ambo DD. Comes, & Marchio, & ipsorum quilibet sibi ad inuicem solemni stipulatione promiserunt, & corporaliter ad Sancta Dei Euangelia iurauerunt, quod benè, & fideliter, absque fraude dictam Ciuitatem Hipporegiæ districtum, Villas, Castra ipsius vnus alteri, & alter alteri suo posse custodient, & seruabunt tuebuntur, & defendent contra omnes. Et si contingeret ipsam Ciuitatem, vel partem eius (quod absit) seù aliquid de iurisdictione, & territòrio ipsius, seù iuribus, perdi, occupari, capi, vel auferri modo quocunq; quod totis viribus ad recuperandum alterutrum, & vicissim se iuuabunt, & ad ea dabunt operam cum effectu omni occasione, & causa cessantibus. Promittentes vnus alteri, & alter alteri vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus per se se, & eorum hæredes prædicta omnia, & singula perpetuò firma, & rata habere, & tenere, & non contrafacere vel venire, aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto, sub obligatione omnium bonorum suorum, & refectione damnorum, & expensarum, ac interesse. Et inde ambo dicti Domini mihi infrascripto Notario, & Nicoleto de Monfrato Notario ipsius D. Comitis duo, vel plura eiusdem tenoris instrumenta dictanda consilio sapientis si opus fuerit, & reficienda fieri preceperunt.

Pacta concessa per D. Marchionem, & Comitem hominibus Hipporegiæ.

Infrascripta sunt pacta, & conuentiones facta, & factæ, ac concessa per Illust. D. Amedeum Comitem Sabaudiæ, & Ioannem Marchionem Montisferrati, sapienti Viro D. Bonifacio de Morello Iurisperito de Hipporegia Sindico, & Sindicario nomine Communis, Vniuersitatis, & hominum Ciuitatis Hipporegiæ. Nec non decem infrascriptis electis à generali consilio, & credentia dictæ Ciuitatis super confirmatione dictorum pactorum à dictis Dominis impetrãda, & alijs infrascriptis factis, faciendis per eos, vt de dictis Sindicatu, & electione constare dicitur publicis instrumentis confirmata, approbata, & denuo concessa, per antedictos DD. Comitem, & Marchionem ipsis Sindico, & electis nomine, & vice totius Communis, Vniuersitatis, & hominum ciuitatis eiusdem, nec non ab eo-

dem Sindico, & electis, vt præmittitur postulata, de gratia speciali, iurata etiam per eos nominibus antedictis attendere, & obseruare inuiolabiliter, prout infra.

In primis quidem dicti D. Marchio, & Comes, & eorum hæredes masculi ex eis legitimè descendentes à modo in antea perpetuo habeant dominium, & signoriam merum, & mixtum Imperium, ac iurisdictionem omnimodam Ciuitatis Hipporegiæ, districtus, & pertinentiarum eius, & exercitium prædictorum. Et super dicta Ciuitate, districtu, & pertinentijs, & in personis, & super personas quascunque dictæ Ciuitatis, iurisdictionis, districtus, & pertinentiarum, quæ nunc sunt, & fuerunt in futurum per se, vel nuncios eorumdem.

Item, quod prædictum Commune Hipporegiæ, & Vniuersitas, siue eorum Sindici eorum nomine, & omnes credendarij nomine ipsorum Communis, & Vniuersitatis, & singulares personæ ipsius Ciuitatis iurent, & iurare debeant ad Sancta Dei Euangelia tacto libro, fidelitatem prædictis D. Marchioni, & Comiti. Recipientibus pro se, & eorum hæredibus prædictis, & quod à modo in antea erunt fideles homines ipsis D. Marchioni, & Comiti, & eorum hæredibus, vt supra. Et quod attendent, & obseruabunt omnia illa, & singula capitula, quæ in forma fidelitatis noua, & veteri continentur.

Item, quod prædicti D. Marchio, & Comes, vel aliquis eorum Officialis, vel Nuncius non possint imponere, excutere, vel exigere à Communi Hipporegiæ, vel aliquibus singularibus personis ipsius Ciuitatis, vel districtus, aliquod fodrum, taleam, collectam, & impositionem quocunque, nomine censeatur, præter supra, & infra sibi concessa, nisi ad eorum, quos negotium tangeret, procederet voluntate, nec aliquid aliud. Et ita tamen, quod non obstante fidelitate prædicta, iam dicti districtuales, & Ciues possint de possessionibus suis vendere, alienare, contrahere, & testari, sicut ante faciebant, saluo, & reseruato dictis D. Marchioni, & Comiti, & hæredibus eorum vt supra, mero, & mixto imperio, & iurisdictione prædictis.

Item, quod prædicti D. Marchio, & Comes, & eorum hæredes, vt supra habeant, & percipiant per se, vel per alium, seù alios, omnia banna, condemnationes, sportulas, & iudicaturas, quæ haberi, percipi, & exigi poterunt, & debebunt ratione meri, & mixti imperij, & iurisdictionis prædictorum, vel alia de causa, occasione iurisdictionis omnimodæ, meri, & mixti imperij in Ciuitate, districtu, & pertinen. prædictis rebus, & personis quibuscunque. Et gabellam salis, cum pedagio salis consueto, quæ gabellatura est soldorum duorum Imperialium pro quolibet stario, & pedagium denar. decimoctauo, pro quolibet stario, & pedagium grani, & aliarum rerum, quod consueuerit percipi ad portam de fontana, & pedagium portæ de Laude consuetum. Pedagium molarum consuetum, & pedagium equorum nuper impositum per bonæ memoriæ q. D. Henricum Imperatorem Romanorum VII. Et prædicta exerceant, & exerceri faciant prædicti D. Marchio, & Comes, & administrari per quoscunque voluerint, prout ipsorum fuerit voluntatis. Eo acto, quod in Ciuitate Hipporegiæ, vel districtu non possit apportari sal, nisi ad gabellam ipsorum Dominorum Marchionis, & Comitis,

tis, nec etiam alibi per Ciuitatem, vel districtum Hipporegiæ. Et qui contrafecerit ipsum salem, & bestias deferentes, & vltra hæc quolibet sextario, & plus, vel minus pro rata prædictis D. Marchioni, & Comiti soluere compellatur.

Item, quod nulla persona possit emere, vel vendere sal ad grossum, nisi in dicta gabella, & exercitari, vel ab exercitatore gabellæ dando, & soluendo gabellatori siue exercitatori dictæ gabellæ pro quolibet sextario sol. duos Imper. pro gabellatura, & denar. decem octauum Imper. pro pedagio cuiuslibet sextarij, pro quo debet, & consuetum est solui pedagium, & plus, vel minus pro rata maioris, vel minoris mensuræ; & prædictis gabellatura, & pedagio teneatur ipse exercicitor, dum in gabella sal habuerit, volentibus emere, vendere, & tradere, dummodò ementes secum de pretio sint concordes. Hoc acto, quod quicunq; contrafecerit nomine pœnæ soluat pro qualibet vice, & quolibet sextario sol. quadr. Imperial. et mercandiam perdat vnà cum bestijs eam defferentibus, quæ pœna, mercanda, et bestiæ prædictis D. Marchioni, & Comiti applicentur; et saluo, quod non obstantibus prædictis, quilibet Ciuis Hipporegiæ fouens larem in ipsa Ciuitate, et subditus habitans in districtu Hiporregiæ possit, et sibi liceat emere, & adducere, seù adduci facere domum suam pro suo proprio vsu, & domus, atque familiæ suæ sal sibi necessarium ad vtendum, et non mercandandum, vel aliter alienandum, sine aliqua gabellatura, vel pedagio inde soluen. Et quicunque in his fraudem commiserit mercandiam, et bestias deferentes perdat, et bannum solidorum nonagesimi Imper. soluat pro qualibet vice, et quolibet sextario, et plus, et minus secundum mensuræ quantitatem, quæ quidem pœna prædictis D. Marchioni, et Comiti applicetur.

Item, quod ciues habitantes in Ciuitate Hipporegiæ, et suburbijs Hipporeg. non obstantibus prædictis possint, et eis liceat in Hipporegia, et suburbijs vendere salem ad minutum, dummodo ipsum salem emant, et accipiant in gabella, et à gabellatore prædicto, soluendo gabellaturam pro dicto sale sol. vndecim Imper. pro quolibet sextario salis, vt superius est expressum; et dummodò, quod ad minutum vendatur, et extra Ciuitatem, et Suburbia non portetur.

Item eo acto, quod per prædicta, vel aliquod prædictorum non fiat præiudicium alicui ciui Hipporegiæ in eius iurisdictione mero, et mixto Imperio, et taliter honore, quæ et quas haberet extra Ciuitatem prædictam in districtu, vel extra, in aliquibus terris, possessionibus, seù hominibus, sed in omni suo iure remaneant ipsi ciues, et specialiter in iurisdictione, quam habent D. Bonifacius de Solerio Vicecomes, et eius nepotes in Bayo, qui habent iurisdictionem, merum, et mixtum Imperium in homines de Bayo de omnibus contractibus, vel quasi, quæ fierent, vel committerentur, inter prædictos homines de Bayo in ipso loco, et poderio Bay; de quibus dicti D. Marchio, et Comes, vel aliquis Rector Hipporegiæ non possit se intromittere, sed ipsis D. Bonifacio, et nepotibus, et eorum, et cuiuslibet eorum hæredibus remaneant pleno iure.

Item, quod Commune Hipporegiæ possit, et sibi liceat facere, et condere singulis annis quandocunque eis videbitur statuta, et alias ordinationes, et refor-

tiones, dummodo non sint contraria, siue contrariæ, repugnantia, vel repugnantes pactis præsentibus supra, vel infrascriptis. Nec fidelitati, seù fidelitatis, capitulis factæ, vel facien. eidem D. Marchioni, & Comiti per dictum Commune, & singulares homines. Et idem D. Marchio, & Comes, & eorum potestates, officiales, & Rectores, qui fuerint pro tempore in ipsa Ciuitate teneantur ipsa eorum statuta, ordinationes, & reformationes tàm factas, quàm faciendas inuiolabiliter obseruare, & facere obseruari.

Item, quod Commune Hipporegiæ per duos menses ante exitum regiminis, potestatis præcedentis possint eligere sibi potestatem quolibet anno, secundum modum infrascriptum videlicet, quatuor de terra, & subditis dictorum D. Marchionis, & Comitis, & obedientibus eis. Et ipsi D. Marchio, & Comes ex dictis quatuor electis concorditer nominatis, teneantur dare, & consignare dicto Cōmuni vnum quem voluerint ipsi D. Marchio, & Comes; & si dicti ciues infra octo dies introitus primi mensis dictorum duorum mensium non nominauerint concorditer dictos quatuor. Tunc prædicti D. Marchio, & Comes tanquam Domini dent, & ordinent eis potestatem.

Quæ omnia, & singula prædicti D. Marchio, & Comes, & infrascripti sapientes electi super confirmatione dictorum pactorum a dictis Dominis impetranda obseruare, & attendere promiserunt. Et ea pacta, prout supra, ipsi Domini confirmauerunt, ratificauerunt, & de nouo concesserunt. Nec non obseruare, & attendere, vt supra dictum est, perpetuo iurauerunt. Ipsique sapientes infrascripti electi, vt supra prædictis Dominis fidelitatem, & homagium iurauerunt Sancta Dei Euangelia corporaliter tacto libro. In quorum pactorum confirmatione, & concessione, & aliorum supra, & infrascriptorum dictus D. Marchio réseruauit honorem Serenissimi Principis D. Imperatoris Romanorum, & Imperij Romani. Et etiam dictus D. Comes similiter obseruauit, saluis semper sibi, & suis largitionibus Imperialibus sibi, seù Prædecessoribus suis factis, per bonæ memoriæ D. Imperatores quon. de quib. protestatus est ante, & post honorem dicti D. Imperatoris, & Imperij Romani, reseruato in omnibus, & singulis supra, & infrascriptis.

Nomina verò dicti Sindici, & electorum superius nominatorum sunt hæc.

D. Bonifacius de Morello Iurisperitus Sindicus.	Franciscus de Solerio.
	D. Iacobus Taliandus.
Bonifacius de Solerio Vicecomes.	Ludouicus Taliandus.
Martinus de Solerio.	Petrus de Lastria.
Thomenus de Solerio.	Bonifacius de Lastria.
Sauinus de Solerio.	Franciscus de Buella.

Acta sunt hæc in palatio Communis Hipporegiæ præsentibus testibus Illust. Viro D. Amedeo Comite Geben. D. Guilielmo de Balma, D. Guigon. Cathen. Aymone de Chalant militibus, Lanzalotto de Castelliono, Sarcello de Mombrion. necnon D. Ottone de Brunsuich, Ioanne de Cocconato militibus, Matthæo Scarampo, Guideto Isnardo de Castello ciuib. Ast, & Ottolino de Ghiselbertis

Aa

sertis Vicario suprascripti Domini Marchionis in anno Domini MCCCLVIIII. Indictione secunda, die XXVI. mensis Octobris.

Fidelitas præstita per credentiam, & per omnes infrascriptos D. Marchioni, & Comiti, communiter pro indiuiso.

In nomine Domini Amen. Anno eiusdem MCCCLXVIII. Indictione secunda, die vigesima sexta Octobris, in palatio Communis Hipporegiæ, infrascripti de credentia Ciuitatis Hipporegiæ iurauerunt fidelitatem, & homagium Illustribus Viris D. Amedeo Comiti Sabaudiæ, & Ioanni Marchioni Montisferrati, & eorum cuilibet pro indiuiso.

Iacobus de Solerio.	Gabriel Taliandus.
Iublauatus de Solerio.	Simon de Porta.
Ioanninus de Solerio	Vbertinus de Alice.
Antonius de Solerio.	Cbertus Barronus.
Dimitrius de Solerio.	Martinus Loge.
Martinus de Manuelis de Solerio.	Conradus de Clara.
Gottifredus de Mercato.	Dominicus de Puteo.
Grimoldus Calderarius.	Dominicus de Mercato.
Baldassar Loge.	Martinus de Mercato.
Franciscus de Ast.	Guilielmus de Prato.
Nicolaus Barenellus.	Gabriel de Burgo.
Bonifacius de Stortano.	Iacobus de Lastria.
Franciscus de Crespa.	Iacobus Zucha.
Bonifacius Portiglola.	Facionus Gorena.
Francottus de Abbate.	Franciscus de Burgo.

Item infrascripti, qui non sunt de credentia eodem modo iurauerunt fidelitatem, & homagium prædictis D. Marchioni, & Comiti, de quibus non fuit receptum instrumentum, sed solum iurauerunt diuersis diebus, vt infra, &c.

Dicto die infrascripti iurauerunt.

Bertramus de Solerio.	Bartholomæus de Venesia.
Iacobinus Loge.	Antonius Martini de Clara.
Ioannes de Baudiserio.	Ioannes Ferrerius de Torracio.
Ioannes Antonius de Xandra.	Petrus Milanexius.
Albertus Gouus Arduini de Cermanis	Vbertus Orenzanus.
Stephanus de Ianuarijs.	Petrus Cuxus.
Antonius de Castella.	Obertinus Balbi.
Ioannes Burletus.	Guilielmus Ferrarius de Albiano.
Ansaldinus de Alaxeta.	Fulchus de Salizola.
Petrus filius D. Philippi de Puteo.	Iacobus de Sancta Agata.
Mãfredus de Bertacio de Vestignato.	Perciualus de Mercato.
Conradus de Clauarano.	Manuel Carendus.
Bertolellus de Casa noua.	Ioanninus Rex.
Petrus Perrotinus.	Ruffinus Palpera.

Ruffi-

Ruffinus de Florano.
Franciscus de Fratis.
Franciscus Taliandus.
Martinus de Vigintauno.
Perna Fornaxarius.
Thomas Frexius.
Ioanninus de Nicoletto.
Magister Facius de Sancto Paulo.
Ioannes Calierius.
Iacobus de Lifredo.
Martinus de Sesano Becharius.
Bonifacius Contus.
Ioanninus filius Bozardi.
Ioannes de Florano.
Petrus de Brozio gen. Ottoni Berléga.
Ioannes Droeti.
Franciscus Rocca.
Antonius de Belargonto.
Petrus de Mercato.
Sexanus Beccarius.
Gottofredus de Gaballiate.
Petrus de Brozio.
Ioanninus Grassus.
Petrus Bagnatus.
Bertandus de Clara.
Martinus de Clara.
Dominicus Tagliastor.
Ardizonus Rocca.
Petrus della Porta.
Bertolinus de Ponza.
Franciscus de Rolino.
Petrus Rigoleti.
Raymundus de Ponza.
Henricus de Bozia.
Francottus de Perrazono.
Ioannes Boglatus.
Antonius de Rippa.
Guilielmus Piata.
Ardicio de Banchetis.
Ioannes de Sceueneto.
Petrus de candea.
Ottinus de Padono.

Die vigesima septima Octobris iurauerunt infrascripti, &c.

Petrus de Rippa.
Bertolinus Perscetus.
Franciscus Milanesius.
Raynerius Drocngus.
Ioannes de Ripparolio.
Franciscus filius Remirolij.
Guihelmus Dorerius.
Obertinus de Mediolano.
Petrus Taliandus.
Sauinus de Solerio.
Franciscus da cucilio eius nepos.
Marchion Petri Fogleti.
Michael de clauarano.
Ioannes filius Donzelloni.
Vercellonus Saglachus.
Ioannes de Oddono de Mediolano.
Ioannes de Ponzano.
Francescotus de Piuio.
Iacobus Delicatus.
Ioannes Ricardus de Vinay.
Petrus Pessina.
Ansaldinus Portiglola.
Ioannes de Arnaldo.
Ioannes de Vgone.
Benedictus Molinerius.
Raynaldus Durandi.
Obertinus de casteglono.
Martinus Buzonus.
Stephanus filius Perretti de Germana.
Petrus cacraxinus.
Petrus Fagletus.
Ioanninus filius Petri Becharoni.
Iacobus de Raynaldis.
Bethinus de Mediolano.
Matthæus Drocugius.
Franciscus de Blaua.
Ruffinus de caudellera.
Petrus G.yus.
Petrus de Nouaria.
Rubeus de Ayma.

Ioannes de Marcheto.
Thomenus de Arondello.
Bertolinus filius Bertoleti Arietis.
Hugoninus Taliandus.
Iacobus de Piuio.
Martinus de Montaldo.
Ioannes Pamparatus.
Ioannes de Vgheta.
Ioannes de Morello.
Philippinus de Solerio.
Antonius de Gaugleto.
Antonius Carnaza.
Ricardus de Vltrapontem.
Perrinus Garigletus.
Guilielmus de Rosseta.
Guilielmo de Gaudino de Albiano.
Bottus Drocugus.
Messera Drocugus.
Bertolinus Drocugus. Isti tres iurauerunt pro se, & pro Guideto, Bartholomeo, & Antonio de Droengh, pro quibus promiserunt.
Martinus Ioannis Petiti
Henricus de Masuengo.
Ioannes Mesonerius.
Bochinus famulus DD. de Solerio.
Magist. Ioãnes de Cerridono Phisicus.
Bonifacius de Losanono.
Iacobus Cagna.
Gaspardus de Florano.
Guilielmus Sartor de Gimey.
Iacobus de Romano.
Iacobus de Germano.
Petrus filius Ioannis Mexonen.

Prædicti omnes iurauerunt in manibus mei Raymundelli de Grazano Notarij infrascripti dictis diebus.

Infrascripti etiam iurauerunt in manibus Guilielmi filij mei, & Guilielmi Zacholelli de Virolengo.

Die vigesima septima Octobris.

Iacobus de Rosseto.
Ioannes eius nepos.
Ioannes Ferrerius.
Petrus de Grassagno.
Iacobus filius Antonij de Marino.
Ioannes de Audixia de Scarmagno.
Ioannes Magnetus.
Petrus de Pontia.
Petrus Burghetus.
Ioannes de Rubino.
Iacobus filius Ardizonis Rochæ.
Philippus de Pilla.
Bertolinus Orenganus.
Xandrus Orenganus.
Ioannes de Bonollo.
Antonius filius Bertolini de Rippa.
Petrus Ferrerius de Clauarano.
Vercellus de Andueno.
Iacobus Decanus de Donato.
Laurentius de Metro.
Bertolinus de Nuce.
Perrodus Becharius.
Iurauerũt in manibus Borgeri, &c.
Infrascripti iurauerunt in manibus Gulielmi de Virolengo.
Iacobus de Lamberto.
Franciscus de Ian.
Bonus Ioannes de Lambergolina.
Bertolinus de Parnero.
Ghisulphus de Marcenasco.
Ioannes Odrici Testoris.
Ioannes de Pitauino.
Pioella Dorerius.
Martinus de Clauarano.
Franciscus Trattus.
Perronus de Viccarona.
Iacometus Stor.
Ottinus de Bosceto de Banchetis.
Iacobus de Rodulpho de Banchetis.
Dominicus della Borghesa.

chri-

Christianus Iac. Maxaroti.
Petrus Bastardus de Vomalio.
Franciscus Dorerius.
D. Ioannes de Solerio.
Petrus Bessus de Stellis.
Petrus de Steuagnono.
Raynerius de Losanouo.
Guilielmus de Pallo.
Vercellus Molinus.
Vbertinus della Vernea.
Ioanninus de Frigijs.
Doninus Caudererius.
Martinus de Alice.
Ioannes della Masnenga.
Petrus Gulielmi Tonsi.
Bertinus Ioannis de Donato.
Iacobus Cauallus.
Ioannes de Lezulo.
Iacobus de Mortiglano.
Ioannes Torracius.
Petrus Bonus.
Iacobus de Augeleto.
Petrus della Petita.
Antonius de Bauzela.
Ioannes della Pelizona.
Ioannes Grandus.
Henricus de Gallo.
Antonius de Caudello.
Franciscus de Scusaccio.
Franciscus Tonsus.
Conradus filius Nicolai de Bolengo.
Bertolinus filius Martini de Iacomella.
Antonius de Pometa.
Guidetus Zapinus.
Martinus Corgnatus.
Petrus Gastaldus.
Bertinus de Ioanne Pomato.
Iacobus Ghiglia de Storrano.
Petrus Mazolius.
Iachetus Laynerius.
Antonius Loge.
Gualinus Cattaneus de Silauengo nomine suo, & filij sui, Manuelis mariti Antoninæ.
Iacobi de Burgo.
Iacobus della Barbera.
Marinetus Becherius.
Ioannes Bouetus.
Raynaldus de Baiula.
Ioannes Ferrarius.
Iacobus Peylamatus.
Iacobus Fornerius.
Ioannes Fornerius de Cita.
Rogerius Talien.
Petrus de Banno.
Gulielmus Trumpalis.
Iacobus eius Gener.
Ioannes de Raynaldo.
Henricus de Padono.
Stephanus Bergognonus.
Vbertus Fornerius.
Roletus Fornerius.
Ioannes Vaynerius.
Franciscus Arnaudo.
Iacobus Seruus.
Antonius Serius de S. Martino.
Gulielmus de Oberto de Antonio.
Gulielmus de Raynaldo.
Antonius de Strambino.
Bertolinus Fel.
Leo de Valperga.
Franchinus Calius.
Subat. Fornerius.
Petrus Lanerius de Musobolo.
Conradus de Prato.
Franciscus de Prato.
Iacobus de Prato.
Bertinus Coperius.
Stephanus Coperius.
Iacobus Boccha hinc Carauina.
Aymonetus Deanus.
Ioannes de Santo Odrico.
Franciscus della Barbera.
Petronus Surginus.

Petrus

Petrus de Bardoto. Nicolinus Gulielmi de Lezolo.
Guilielmus de Ian. Benedictus de Solerio.
Ioannes Filarobius. Bessus Taliandus.
Dominicus de Banchetis. Iacobus de S. Agata.
Iacobus de Castro nouo. Martinus filius Costuri.
Ioannes de Strambino. Guilielmus filius Petri Gostoris.
Ioannes Quaglia. Ioannes de Euerono.
Bertolinus de Boueto. Magister Oddo de vltra pontem.
Iacobus de Verardo. Franciscus Pilonus.
Ioannes de Caluxino. Benedictus de Banchetis.
Ioannes de Verardo. Raymundinus de Burgaro.
Ricardinus Loge. Martinus de Prato.
Laurentius de Metro. Bonus Ioannes de Rippa.
Ioannes filius Boffe. Ioannes Ferrandus.
Vbertinus Petri de Brosio. Antonius Zochelerius.
Micha de Bancheris. Ioannes della Costa.
Petrus de Zapileto. Petrus de Donato.
Iacobus de Lererono. Vbertus Grassus.
Guilielmus Cagnus. Antonius Caudera, &
D. Facius de Florano. Martinus Compagnus.
Ioannes de Florano eius nepos.

L'anno seguente millesimo trecentesimo quinquagesimo si rinouarono con il memorato Arciuescouo le conuentioni del dominio della Città d'Asti, nel modo, & forma, che era stato concesso à Luchino suo fratello, le quali conuentioni egli male osseruò, per che introdusse in essa quelli del Solero, con la parte loro, il che fu causa d'vna nuoua turbatione per il sdegno, che di questo tolse la parte Gibellina, la quale si dirà dopò la morte di esso Arciuescouo ripose, & restituì in detta Città, e dominio di quella il memorato Marchese Giouanni.

L'anno millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, Indittione quarta, alli vinticinque del mese di Luglio, Giouanni Marchese di Monferrato à richiesta del Reuerendo Frate M. Simone del Solero d'Ipporegia Abbate del Monasterio di Grazano, confirmò à detto Abbate qualunque priuilegij, gratie, concessioni, immunità, & largitioni concesse per li predecessori suoi al detto Monasterio. Inuestendolo per traditione di vn coltello à nome suo, e del detto Monasterio di tutte le predette concessioni, gratie, & immunità. Et esso Abbate ponendosi la mano al petto à nome suo, e del detto Monastero promise solennemente al predetto Marchese d'essergli fedele, e di conseruare la persona, beni, huomini, honori, e ragioni sue, e di mantenerle ad ogni sua possanza; del che ne fu rogato instromento da Gulielmo Baua di Grazano detto Borgeri nel castello di Montebello, alla presenza di Giacomo Prouana Caualliero, Francesco di Summo Vicario del predetto Marchese, Vzone Pellucco Giudice di Casale, Bonifacio di Solero d'Ipporegia, Biagio Moicio, & molti altri.

L'anno predetto Giouanni Cane detto Berretta Sindico della Communità, & huomini

ni di Casale S. Euasio insieme con Giacomino Bianco Podestà di esso Borgo, & Saglionò d'Ozano Capitanio del popolo, con molti delli Consiglieri, nobili, & popolari di Casale, quali accompagnarono detti Sindico, Podestà, e Capitano, riconobbero, & riceuerono il Marchese Giouanni in vero Signore del Borgo, huomini, & territorio di Casale, secondo era stato ordinato nel generale consiglio di detto luogo, come si contiene in vno instromento rogato al detto Gulielmo, quì sotto essemplato.

Et vt notorium, & clarum de iuribus, quæ vltra prædicta sic concessa sibi retinet, D Marchio antedictus declarat, prout infra videlicet, crimina infrascripta, & impositiones pœnarum propter ipsa crimina, scilicet. Crimen læsæ Maiestatis, & quasi, crimina proditionis, stratæ ruptæ, rubariæ, incendij, homicidij, paricidij, ferutæ sanguinis, adulterij, incestus, raptus, stupri violenti, furti, peculatus, sacrilegij, crimina falsi, quo ad ea, quæ in statutis suis, & Marchionatus continentur, videlicet. Si quis fecerit aliquod instrumentum falsum, vel aliquem actum publicum falsum, vel si quis scienter dixerit falsum testimoniũ, vel si quis produxerit falsos testes scienter, & crimina falsæ monetę tàm circa fabricationem, quàm rasuram; & si quis falsas rasuras, vel cancellationes, vel mutationes falsas committeret in actis publicis, crimina priuati carceris, crimina periurij incidentis in his, quæ prædictus D. Marchio sibi retinet, & bannum trãseuntium muros, & munitiones Burgi, tempore guerræ sine licentia Potestatis ipsius loci pro dicto D. Marchione. Cœtera alia crimina superius non declarata, ipsi D. Marchioni ibidem pertinentia, & pœnas vigore ipsorum imponendas, & percipiendas ipsis Sindicis dicto nomine, & dictis hominibus, & Communitati concessit, ita & taliter, quod per Potestates Casalis eligendos per ipsos homines, & confirmandos per ipsum D. Marchionem in dicto loco, more solito, fiat iustitia tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus quibuscunque, tàm de delictis per ipsum D. Marchionem retentis, quàm alijs. Ita, quod in ipsis delictis per eum retentis sua statuta, & iura communia vendicent sibi locum. Circa alia verò delicta per ipsum D. Marchionem ipsi Communi concessa, & in ciuilibus, & criminalibus, statuta dicti Communis facta, & fienda obseruentur. Dummodo non tenderent contra honorem dicti D. Marchionis, & abrogationem iustitiæ. Insuper de criminibus læsæ Maiestatis, & quasi, & proditionis, & singulis articulis ipsorum criminum, vult idem D. Marchio vbi, & per quos sibi placuerit, iustitiam exerceri. Item voluit, & placuit ipsi D. Marchioni, ac promisit nullos alios redditus, seruitutes, dacita, vel aliqua alia imponere in ipso loco, prętcr supradicta sic retenta, & concessa, durante concessione prædicta, saluis semper exercitibus, cauallarijs, caualcatis, & andatis, quæ per ipsum D. Marchionem in eius subiectos communiter imponuntur, & imponi consueuerunt.

Dicti

Dicti verò Sindici nomine di Communis,& hominum Casalis pro dictis concessionibus promiserunt reddere singulis annis ipsi D. Marchioni, vel eius certo nuntio libras tria millia Imperialium, soluendas per duos terminos videlicet, in Festo Pascatis Resurrectionis D.N.I.C. medietatem, & aliam medietatem in Festo S. Michaelis, & ita singulis annis ipsa concessione durante. Promittentes prædicti D. Marchio, & Sindici dictis nominibus prædicta omnia, & singula, rata, & grata habere, & tenere, & obseruare, & non contrafacere, vel venire, aliqua ratione, vel causa, donec ipse D. Marchio præsentem concessionem duxerit reuocandam. Et inde tàm dictus D. Marchio, quàm ipsi Sindici preceperunt fieri publica instrumenta per mè Notarium infrascriptum.

L'anno mille trecento cinquanta sette Ottone Duca di Brunsueish, & Azo de Correzo Procuratori, & mandatarij di Giouanni Marchese di Monferrato condussero alli stipendij di esso Marchese il Magnifico M. Conrado de Lando Todesco con mille huomini armati.

Hoc anno Marchio Montisferrati, & Vgolinus Gonciaga Mantuanus cum ingentibus copijs, Mediolanensem agrum ingressi decimo Nouembris die Vicum Castanum occupauerunt, quem tamen sequenti anno in vigilia Diui Antonij vltro restituerunt. Hæc Matthæus Bossius.

Nel progresso della guerra contro Galeazzo Visconte il Marchese Giouanni con Vgolino di Gonzaga, Capitano dell'essercito suo prese di nuouo il luogo di Castano, e lasciandoui buona monitione di gente d'armi per difesa sua, caualcarono à Nouara, della quale Città esso Marchese era constituito Imperiale Vicario Indi caualcarono sopra il Vercellese, & espugnarono li luoghi di Gattinara, e Cauagliate: dopò assaltorono il luogo di Sant' Agata, ma non lo poterono hauere: donde partendosi vennero à Liuorno, Bianzà, e Carpanetto luoghi del predetto Marchese: & poi à Piora sopra il Vercellese, doue stettero molti giorni senza fare altra guerra. Però che Pietro Fasolino Cancelliero, & Piglio di Lonico Ambasciatori di Galeazzo Visconte trattauano l'accordo; mà in fine vedendo il Marchese, che detto accordo non era per seguire caualcò à Cigliano, dopò à Desana, la qual Terra presero, & iui stettero molti giorni; e da quì partendosi andorono sopra il distretto di Pauia, poi ritornorono sopra quello di Vercelli. Et guerreggiando gli predetti Marchese, & Vgolino nel modo predetto, Bernabò Visconte molto opprimeua, & stringeua la Città di Mantoua, e già haueua preso la Terra di Borgoforte, e con grande numero di gente d'armi infestaua il Serraglio. Il che intendendo il predetto Vgolino, & vedendo ancora, che il Conte Conrado di Lando, quale era condotto alli stipendij del Marchese Giouanni era in prattica d'accordarsi con Milano, e che il predetto Marchese possedeua insolido la Città di Nouara, e tutte l'altre Terre prese, & acquistate in essa guerra, si accordò ancora egli con Galeazzo, e fece leuare le genti rimaste à Castano; il qual luogo, benche Francesco d'Hesti scacciato di Ferrara, Capitano generale di Galeazo hauesse assaltato per ricuperarlo, non lo potete però hauere. Il Marchese in questo tempo discorreua con le genti sue per il distretto di Vercelli, & hauendo egli già dato il confino ad alcuni Tornielli, & altri seguaci loro di Nouara, amici di Galeazo Visconte, & con destro modo haueua anche mandato Antonio Torniello figliuolo del quond. Ribaldono

per

per Podestà in Asti, mandò in progresso di tempo gl'altri Tornielli con gl'amici, e sequaci loro, che erano rimasti in Nouara fuori di essa Città, e gl'introdusse li Brusati, e Caballary con li loro seguaci, quali lungo tempo erano stati tenuti in esilio. E dopò questo fece murare il Borgo di S. Maria, quello di Porta Nuoua, di S. Agapito, di S. Steffano, e parte di quelli di S. Simone, e S. Gaudentio; & rimouendo dal Vicariato d'essa Città Nicolo di Cattania per gli demeriti suoi, vi deputò M. Bartolomeo di S Giorgio, il quale lodeuolmente gouernò esso offitio per tutto il tempo, che esso Marchese tenne detta Città. In questo mezzo le genti di Galeazo dauano molti danni à Cerredano, & altri luoghi, e Terre adherenti al Marchese; e le genti di esso Marchese, e Nouaresi infestauano il Milanese. La qual cosa vedendo Galeazo finalmente fece trattare la pace, nel qual trattato, perche l'vno, e l'altro era stato constituto Vicario generale di Carlo quarto Imperatore, gli commissero la diffinitione d'ogni loro guerra, e discordia: la cui decisione, & ordinatione fù in questo modo; cioè, che il Marchese douesse restituire à Galeazo la Città di Nouara, & Alba, con gli distretti loro. Et Galeazo al predetto Marchese la terra di Noue, appresso il distretto di Genoua. Riseruandosi auttorità di potere pronunciare più amplamente sopra le altre differenze, che fussero trà di loro. Del che scriuendo più diffusamente Pietro Azario dice nella susseguente forma.

Ioannes Marchio Montisferrati, & Vgolinus Gonciaga de Mantua, cum vniuersa societate excepta in Casteno, dimissa super districtu Nouariæ, redeuntes in Villis Bellenzarij, & Mommi hospitauerunt. Deinde sequenti die super districtu Vercellarum equitantes, & vltra Sicidam, Gattinariam cœperunt violenter, & ipsam prædauerunt; deinde arborium cum Castro & alias infinitas Villas districtus Vercellarum prædauerunt & combusserunt. Deinde cœperunt cabalicam, & cum infinitis balisterijs de nouo missis ipsi Marchioni, qui erant numero octocentum, super additis captioni cabalicæ, curauerunt toto posse Terram Sanctæ Agatæ expugnare, quæ Terra caput Terrarum districtus Vercellarum pro D. Mediolani erat; & certè si ipsam expugnassent proculdubio capta erat, quamuis in Ipsa pro D Mediolani fuisset gens equestris in bona quantitate super addita, & ipsam pro debellando prædictus D. Vgolinus circumcirca balisterijs, & equitibus circundauit, fossam habebat siccã, nec cum bono ordine, & debili, & cum debili antiquo plancato. Et tunc visum fuit, quod Comes Lando Teutonicus de captione ipsius Terræ non curaret, & pugna cessauit. In breui dicta Terra fuit in duplum fortificata; deinde dicta gens Palatium, Veuronum, Piueronum, & alia loca super Lacu existentia, & super costa Calamacij prædauit, & combussit, & in locis Liburni, & Blanzatæ Marchionis, Carpaneti, & Piore Vercellen. se posuerunt, & tempore mensis Nouembris, & ibi diù steterunt, loquendo sæpius super campi, cum D. Petro Fazolino Cancellario, & Piglio de Lonico Ambosciatoribus D. Mediolani, qui de concordio cum ipsis D. Marchione, & Vgolino tractabant. Et quia nihil guerræ faciebant, & dictas Terras Liburni, & Blanzatæ vacuauerant sine alia guerra, curauit Marchio abinde discedere, & ad Terram Cigliani, quæ est Episcopi Vercellarum omnes via recta iter direxerunt, & ibi captis vniuersis bonis, omnia reperta comederunt, & vsurpauerunt,

præda-

prædaueruntque loca sibi adherentia, & cœperunt D. sanam Terram fortem pugna, & omnia abstulerunt, & ibi diù moram traxerunt, tempore hyemali. Deinde Sicida flumine pertransita, venerunt super Tertis Candiæ, & Villatæ districtus Papiensis, & apud Vercellas, quæ se tenebant pro D. Mediolani, & ibi, quæ potuerunt cum locis sibi adherentibus commederunt, & deinde venerunt Papiam, sperantes omnes, quod iterum Comitatum Mediolani inuaderent. Sed non fecerunt: Nam Mag. D. Barnabos tunc Ciuitatem Mantuæ opprimebat, habueratque Terram Burgi Fortis, & Serraglium Mantuæ valdè, & grauiter infestabat cum maxima militum, & equitum quantitate. Qui D. Vgolinus auditis prædictis visaque concordia Comitis Landi, quasi cum DD. Mediolani, quia iam ei dederant bibere, visoque, quod communiter acquisita, sicut Nouaria, & alia per Marchionem prædictum possidebantur, & non per alios, quamquam communiter acquisita, cogitauit de se ipso (cum prima caritas incipiat à se ipso) etiam quia à dicto Marchione nulla pecunia poterat extrahi, & miserunt pro gente Castani. Dum irent autem prædicti DD Marchio, Comes, & Vgolinus cum societate, vt dictum est supra per districtum Vercellarum sic vagãdo dimiserant pro custodia Castani, & pro offensione Comitatus Mediolani viginti bãderias equestres, & viginti quatuor banderias peditum, & balisteriorum, quos cum terra Castani prædictus D. Galeaz habere procurauit, & vna die misit Marchionem Franciscum Hestensem, de Ferraria expulsum, & quem tunc habebat in partibus Mediolani pro Capitaneo generali, & qui morabatur Galaratæ, & Lunatæ, vt plurimum pro occupando prædictos in Castano, existentes cũ maxima equitum, & peditum comitiua, & præcipuè balesteriorum cum incinis ferreis, mantellis sine numero, gatis, scalis, & infinito lign mine, & tanti erant, quod vniuersam ipsam Terram circundabant, & vltra, qui habita promissione, vt per obtentum ipsius Terræ, daret eis D. Galeaz pagam duplam pro mense completo, vltra prædicta, & alia ad offensionem ipsius Terræ deducta, cum expensis infinitis. Qui existentes in Castano, tunc valdè timuerũt, sperantes quia debiles finem in ipso loco habere, & proculdubio habuissent, nam nullus sperabat, vixisse ex ipsis, & tunc de defensione simul cogitauerunt, & omnes tàm equites, quàm pedites, & ipsorum balisterij, & cum faldis suorum Papiensium circumcirca ipsam Terram tàm armati, vt potuerunt iuerunt, quas faldas ad palencatum erectas posuerunt, dimiseruntq; super platea Communis banderias duas electorum, aptas ad succurrendum in loco prius infestato, etiam tunc summo mane fuerunt expugnati, & proiectis lignis in cerchijs, & locis pluribus refossum subitò transiuerunt, & fossatum sicum intrantes ad palancatum cum incinis ferreis addiuerunt, ipsum lacerantes in pluribus partibus, quo lacerato defensores subito faldas Papiensium opponebant, & stipendiarij equestres mediando faldas se opponebant cum lanceis, & tarchetis ad resistentiam ascensus ipsorum, & alij malè armati post istos stantes, lapides infinitos, & aquam calidam proicibant, taliter quod vsque ad meridiem in multis partibus durauit conflictus talis potior, vel coequalis, nec propterea intrare (quamuis in duplum fuissent) potuerunt.

Et

Et sic Marchio Franciscus cum gentibus suis, quibus non erat spes intrandi, recessit, dimisso dicto palencato multimodè lacerato, nec amplius ad expugnandum rediuit, sed quotquot ex ipsis extra Castenum capiebat, siuè stipendiarios, siuè non, ad plantas arborum, cum singulis capistris suspendi faciebat; & vna die triginta duos suspendi fecit, ex quo prædicti de Castano pro Saccomano faciendo exire Castano non audebant.

Propterea dictus Marchio Montisferrati de Nouariensibus, quorum aliquos habebat suspectos, & potius Torniellos, quos sciebat antiquos amicos Vicecomitum discurrendo per districtum Vercellarum tenebat confinatos in Ast D. Ioannem Torniellum de Burgo, Vercellinum q. D. Lanfranchi, Torniellum de S. Mapheo, Ioanninum Caciam, D. Galuanei, Benedictum Caciam Roglierij amicos Torniellorum, etiam pulchro modo tenens D. Antonium Torniellum q. D. Ribaldoni pro Astensi Potestate.

Deinde tempore transacto expulsus de Nouaria Torniellus, & parte eorum, Brusatos, & Caballacios, exules cum eorum sequacibus restituit, & recepit in ea Burgum S. Mariæ muratæ fecit, Burgum portæ nouæ similiter, Burgum S. Stephani partim Burgum S. Gaudentij, qui muri facti fuerunt de lapidibus domorum diruptarum extra fortalicias sine alia solutione facta, tàm de detrimento, quàm de ipsis, & decreta pro eo, quod nullo modo propter guerram calcinam haberi poterat, & certè tantos muros, & tantam fortaliciam fecerunt etiam vbiq; ad portas pontes leuatorios, faciendo etiam in breui tempore, quod si duobus annis vniuersi laborarent satis fuissent.

Habebat in Nouaria D. Nicolaum de Cattania Vicarium generalem, quem propter multa nephâda, quæ perperrauerat à dicta Potestaria, remouit & D. Bartholomæum de S. Georgio Canepicij ex Comitibus de Blandratæ Nouariæ Potestatem, constituit, qui in ipsa Potestaria durauit vsque ad completum dominium Marchionis. Erat autem prædictus Potestas quamuis in spatulis gibosus probissimus, & arduus ad pugnandum, discretus, nimis diligens. Nouarienses, & subditos, & profectò dicere possum, quod meis diebus duos vidi Potestates Nouariæ liberos, videlicet. D. Ameum de Isnardis de Pergamo, tempore D. Calcini, & prædictum D. Bartholomæum. Alios autem, vt plurimum possum dicere fuisse raptores; ergo ad propositum tenebat dictus Marchio Cerredanum Terram, quæ potentior aliqua in Nouariensi districtu, & fortior facta, quam Terram ante introitum Nouariæ Marchioni dederant incolæ, & qui verè erat repagulum, & stimulus D. Mediolani, & Comitatui, & præcipuè locis Ticino adhærentibus Comitatus Mediolani. Tenebat etiam Marchio Olegiæ, Castrú Pombiæ, Burgum Manerum, Romagnanum, Agamium, Brionam, Carpignanum, Silauengum, Mandellum, Casalinum, Fixerengum, & plura alia Castra partem illorum prædictus D. Mediolani habito dominio fecit explanare.

Regnante autem dicto D. Marchione tàm per suos, quàm per D. Mediolani fuerunt deuastatę Terræ in districtu Nouariensi, & sibi adhærentes, quæ pro memoria sunt infra derscriptæ, & primo.

Burgum Vetus, Burgum nouum, S.Martinus, Vigolungum, Casale Bertramum cum receptis vniuersalibus, Briga, Mazati duo, Vapium, Alexate, Mommum, Morzengum, Casiolum, Sociagum, Tercate, Camerum, Belenzagum, Marranum, Villa, Varalle, Pombie, Burgum Ticini, Cumignanum, Arona, Iuorium, Castelletum supra Ticinum D.Ottonis, Burgarellum, Barengum, Petrozium, Farta, Casalegium, Moxitum, Sanctus Petrus, Ponzana, & Olphengū, quibus Terris destructis, vt supra propterea, non cessauit furor alterutrorum Dominorum, & vtinam in ipsis finis guerræ fuisset. Sed elati Nouarienses totis viribus cęperunt resistere contra dominium Mediolani, & toto posse. Et sic studuit D.Mediolani per aliam viam Nouariam, & districtu recuperare, & recuperauit. Curauit namque, mediante auxilio D. Caroli Imperatoris, cuius vterque Dominorum videlicet, Marchio, & Galeaz se Vicarios asserebant generales; & asserunt Ciuitatum prædictarum, stare iudicio prædicti D. Imperatoris. Et sic dictus D. Marchio promisit. Misit namque prædictus D. Imperator D. Palasgrauium suum in partes istas propter ista, & alia, vt de prædictis informationem susciperet, & quam suscepit. Et habita informatione ab ambobus dominijs, quæ pluries personaliter visitauit, & receptis testibus fide dignis prædictus D. Imperator præcepit, & sententiauit dictum D. Marchionem debere restituere D. Galeaz antedicto, dominium vniuersæ Ciuitatis Nouarię, & districtus. Item dominium Ciuitatis Albæ, & districtus. Et præmissum D. Galeaz ipsi Marchioni debere restituere Terram Nouarum apud districtum Ianuæ: Reseruata ipsi Imperatori potestate in alijs plus dicendi. Et sic prædictus D. Imperator mandauit per vtrosque Dominos debere obseruari. Et sic per ambos Dominos pręDicta fuerunt obseruata. Et tunc prædictus Marchio Ciuitatem Nouariæ cum Castro, & districtu restituit prædicto D. Galeaz. Et prædictus D. Galeaz restituit Terram Nouarum dicto Marchioni. Et tunc prædictus D. Galeaz magnificè silentibus Nouariensibus Ciuitatem ipsam intrauit, & cum antedicto Palasgrauio, & nobilibus suis, & præcipuè cum Ioannolo Mandella de Ferro, qui cum Lauthgrauio die præcedenti Nouariam intrauit.

L'anno millesimo trecentesimo quinquagesimo ottauo, Indittione vndecima, al primo del mese di Marzo, nel Castello del Borgo di S. Martino, Giouanni Marchese di Monferrato inuestì M. Bergadano Muricula Procuratore di Freilino Marchese di Saluzzo à nome di esso Marchese delli luoghi, Castelli, Ville, poderij, e giurisdittioni di Demonte, è di tutta la Valle Sturana, e di Rocca Sparauera con tutti gl'altri luoghi, Castelli, Ville, Terre, honori, e ragioni, delle quali gli Predecessori di esso Freilino erano stati inuestiti da gli antecessori del predetto Marchese Giouanni. Et il predetto Procuratore à nome di esso Marchese di Saluzzo giurò la fedeltà delli predetti luoghi, & Castelli, nelle mani del predetto Marchese Giouanni; e di questo ne fù rogato instromento da Gulielmo Cicolello di Verolengo Secretario di esso Marchese Giouanni.

L'anno predetto del mese di Giugno dopò la pronunciatione della pace fatta per Carlo Quarto Imperatore sopra le guerre, che si faceuano trà il Marchese Giouanni, e Galeazzo Visconte, come di sopra si è memorato. Vno Lancia Bombello, Franceschino suo fi-

gliuolo

gliuolo Dottor di Leggi, & Perrucio Aribaldo originarij della Terra di Valenza sottoposta al dominio del predetto Marchese, indotti da Giouanni, & Frate Simone ambi della famiglia del Pozzo, e da Roberto di Fronzola constituito Capitanio del predetto Galeazzo in Alessandria; trattorono di dare proditoriamente ad esso Galeazzo, mediante la promissione di sei milla fiorini d'oro detta Terra di Valenza. E nel progresso di detto trattato adoperorono ogni lor possibile astutia, arte, & ingegno, così circa il mandarsi l'ambasciate dall'vno all'altro per mesi eletti, e confidenti, come ancora circa la denominatione di esso trattato, nominandolo trattato di matrimonio, acciochè per alcun modo non si hauesse à propalare, e scoprire la machinatione loro; nella quale interuennero ancora Francesco, & Galeazzo Guaschi d'Alice di Alessandria si riducesse ad effetto. Pure come piacque alla Diuina Clemenza il maligno animo loro non hebbe sodisfattione alcuna per la virile resistenza, quale il Capitanio, & altri stipendiati del Marchese con i buoni, e fedeli suoi huomini di essa Terra, fu fatta alle genti del predetto Galeazzo quando con settecento huomini d'arme, & Vngari cinquecento, e mille pedoni, diede l'assalto alla Terra predetta; delche esso Galeazzo ne rimase con tanta, e così rabida colleratione, che l'anno medesimo fece vn trattato con li nobili de BecchLaria nel Castello di Zauatarello.

Nel quale trà loro fù concluso, che essi de Beccharia douessero far guerra alla Città di Pauia, e Contado suo, & che Galeazzo douesse dargli per aiuto loro, e gouerno delle fortezze sue vn certo numero di gente d'armi. Et alli Primati di essa fameglia vn perpetuo stipendio. Perilche essi si ribellorono da' Pauesi, & il simile fecero i luoghi di Voghera, e tutti gli altri Castelli, e Terre del Vescouato di Pauia. In soccorso delli quali Galeazzo mandò l'essercito suo, ma vedendo, che per il graue contrasto gl'era fatto per l'esortatione di Frate Giacomo Bussolaro solenne Predicatore, & reprensore de' vitij, molto amico del predetto Marchese, e grato à tutta la Città, quale confortò, & indusse il popolo à difendersi virilmente, non la poteua espugnare: & ancora perche il Marchese Giouanni molto opprimeua la Città di Vercelli, fu constretto à reuocare detto essercito, e mandarlo al soccorso di Vercelli; dopò la partita del quale furono rouinate le case di essi Beccharie, e de' loro amici, e li loro beni confiscati, & essi dichiarati come ribelli.

L'anno medesimo alli tre del mese di Settembre il Marchese Giouanni mediante le persone di Peltrando di Vergnola Caualliero, Guidetto di S. Giorgio delli Conti di Biandrate, & Giouannino di Passeranno delli Conti di Cocconato Procuratori, & mandatarij suoi. Dopò gli conuenienti trattati fatti con Pietro Rè di Aragonia, Valenza, Maiorica, Sardinia, e Corsica, Conte di Barcellona, Rosilione, & Ceretania, per il mezzo delli Cardinali Prenestino, & Aragonense solecitati dal Vescouo di Marrochio, sposò Elisabetta sorella di Giacomo Infante di Maiorica, & figliuolo del quondam Rè Giacomo, e di vna sorella del predetto Rè Pietro; & in osseruanza di esso trattato, nel quale fù concluso, che il predetto Infante Giacomo douesse dare al Marchese Giouanni per dote della predetta Elisabetta sua sorella fiorini trentacinque millia d'oro Fiorentini, sopra li beni, e ragioni, che i predetti Infante, & Infantessa haueuano in Montepestero, e la Baronia sua, & nel Vicecomitato di Homeladesio, e territorio suo; esso Infante Giacomo riconobbe, promise, & si obligò verso di M. Antonio de Paganis Dottore di Pauia, Procuratore, e man-

datario del predetto Marchese, di dare à esso Giouanni sposo della predetta Elisabetta, dopò che trà di loro sarebbe consumato il matrimonio la somma delli predetti fiorini trentacinque millia d'oro Fiorentini sopra li beni, e ragioni della Baronia, e territorio predetti, con patto, e condittione, che venendo à morte essa Elisabetta senza figliuoli il predetto Marchese fosse obligato di restituire la metà della dote predetta al predetto Infante Giacomo. Delche nella Città di Barcellona ne fu rogato instromento da Giacomo Conesa Secretario del Rè d'Aragonia, e da Bertolotto de Ferrarijs di Trino Scriuano del predetto Marchese Notarij publici, in presenza di Bertrando di Verniola, Francesco de Perilionibus, Bernengacio de Palacio, Bernengacio di Pietra Pertusa, & Galcerando di Carciliano Cauallieri, Gulielmo Arnaldo Patau. Dottore, Vmberto di Villa Franca Domicello, Vincenzo de Gradibus cittadino di Valenza, Feraldo de Pacis Domicello della Valle d'Arno, e Dardano di Giouanni Fiorentino.

L'anno millesimo trecentesimo quinquagesimo nono del mese di Marzo Bernabò, e Galeazzo fratelli de Visconti personalmente, e con potente essercito caualcorono ad espugnare la Città di Pauia, che si regeua per il Marchese Giouanni, & Officiali suoi; la qual Città nel principio virilmente si difese; mà al fine per difetto di vettouaglie del mese di Nouembre seguente fu necessitata à far la deditione ad essi Visconti, & accettare il suo dominio. Delche scriuendo Camillo Ghiglino nella Latina sua traditione delli Collettanei di Battista Fulgosio, nel primo libro de Religionis cultu, *dice le seguenti parole.*

Tunc quoque Vires suas Religio etiam in hominibus ostendit, cum per Carolum Quartum Imperatorem credita Papiensis Vrbis administratione Ioanni Montisferrati Marchioni, & ab eo Vrbi præposito Iacobo Bussulario Ordinis Hæremitarum S. Augustini. Is Iacobus tum fictis ad bonitatem moribus; tum facundiæ magnitudine rem Papien. ità in potestatem suam redegit, vt ceù Propheta parensque omnium, verus Dominus à Ciuibus coleretur, cuius potentiæ adeò magna iecerat fundamenta, vt vix quarto anno famæ Galeacius Vicecomes, anno supra millesimo à Virginis partu tricentesimo quinquagesimo nono, eum domuerit. Ciuium enim pecunia, & armis, fideque adiutus semel, Galeacium non sine magna clade repulit. Qui postea reparatis viribus tandem Iacobum ipsum cœpit. Vercellisque in ferrea cauea captiuum tenuit, qui solet exitus eos plerumq; manere, qui sub hyppocresi populorum administrationem inuadunt.

L'anno predetto millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, Indittione duodecima, alli vintinoue del mese di Genaio, il Marchese Giouanni riconobbe hauere hauuto in prestito da Simone Bocca negra Duce, e dal Cal Consiglio, & Anciani della Città di Genoua à nome del Commune di essa Città ducati sette milla Fiorentini, oltre li dieci milla, quali da loro haueua similmente hauuto in prestito, e li quali non hauessero però à computarsi nel prestito delli sette milla; obligandogli in specie il Castello, Terra, e Territorio di Noue Diocesi di Terdona, per fin à tanto, che ne fosse fatta la debita restitutione, e sodisfattione al Commune predetto di Genoua, per il predetto Marchese, heredi, e successori suoi; delche ne fù rogato instromento publico in Genoua, da Gulielmo Cicolello di Verolengo Notaro, & Secretario di esso Marchese.

L'anno millesimo trecentesimo sessagesimo, nell'Indittione decima quarta, alli quatordeci del mese di Genaro, M. Albertino de Guastonibus di Pauia Dottore di Leggi, Vicario del predetto Marchese per sua diffinitiua sentenza condenò, e pronunciò, che Lancia Bombello, Franceschino suo figliuolo, e Perrucio Aribaldo del luogo di Valenza constituiti nella Città d'Asti, nelle forze sue, doueßero eßere condotti al luogo della giustitia, deputato sopra il mercato del Santo di eßa Città, & che iui fossero decapitati, però che spontaneamente haueuano confeßato, & erano fatti conuitti, che come falsi huomini, e traditori del predetto Marchese suo Signore, e della sua Communità, haueuano trattato, e machinato di dare proditoriamente detta Terra di Valenza in mano di Galeazzo Visconte, come di sopra, nell'anno mccclviij. si è detto; della qual sentenza ne fù rogato instromento da Tomaso Cracia Nodaro Astense, il tenore della quale è questo.

In nomine Domini Amen. Hæc sunt condemnationes corporales, & sententiæ condemnationum corporalium, datæ latæ, & in his scriptis sententialiter promulgatæ, & pronunciatæ per Nobilem, & sapientem Virum D. Albertinum de Guastonibus Legum Doctorem, Ciuem Papiæ, Vicarium generalem Illust. Principis, & Mag. D. D. Ioannis Marchionis Mōtisferrati Imperialis Vicarij, &c. Ex ipsius D. Albertini Vicarij antedicti officio, & omni iure, modo, & forma, quibus melius potest, & potuit. Nos Albertinus de Guastonibus Legum Doctor, Vicarius antedictus, sedentes in iure pro Tribunali in Ciuitate Astensi, in mercato de Sancto, in loco ad hoc deputato, infrascriptas condemnationes corporales, & sententias condemnationum corporalium contra infrascriptos Lanciam Bombellum, Perrucium Aribaudum, & D. Franciscum Bombellum Iurisperitum filium dicti Lanciæ, omnes de Terra Valentiæ Marchionatus Montisferrati, in nostri fortiam constitutos, & præsentes ad hanc nostram sententiam audiendam, contra quos, & quamlibet ipsorum processum est per nos ex officio nostro per modum inquisitionis contra ipsos, & quemlibet ipsorum formatæ die sexto mensis Ianuarij præsentes in eo, & super eo, quod anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo octauo, de mense Iunij existente, tunc pronunciata pace super guerris vrgentibus, inter prædictum D. Marchionem, eiusq; Subditos ex parte vna, & D. Galeaz Vicecomitem, eiusque Subditos ex parte altera. Dictus Lancea Bombellus spiritu diabolico instigatus, animo, proposito, & intentione subuertendi statum pacificum prædicti D. Marchionis, & eius fidelium Subditorum, & infrascriptas proditiones protinus committendi accessit ad Ciuitatem Alexandriæ, deinde accessit ad plateam illorum de Puteo, quæ est in dicta Terra Alexandriæ, cui coherent strata publica à duabus partibus. In qua platea inuenit D. Ioannem de Puteo, & Fratrem Simonem de Puteo Ordinis Sancti Ioannis, cum quibus ipse Lancea discessit de dicta platea, & iuerunt ad domum D. Ioannis de Puteo cui domui coheret via ante, & à mane, in qua domo inuicem colloquium habuerunt de faciendo taliter, quod opere, & tractatu dicti Lanciæ, & aliorum, quos ad hoc facien. induceret Terra prædicta Valentiæ eximeretur, & subtraheretur à dominio prædicti D. Marchionis, & proditoriè daretur sub dominio dicti D. Galeaz. Ipsisque D. Ioanne, & Fratre Simone promitten-

mittentibus dicto Lanciç pro parte dicti Galeaz magnam quantitatem florenorum videlicet, florenos sex millia auri, quibus omnibus ipse Lancea assensit, & promisit eisdem dictam proditionem se toto posse, & ingenio protinus impleturam. Et quo facto fine verbis prædictis ipse Lancea à prædictis discessit, & iuit ad Ecclesiam maiorem Alexandriæ, in qua inuenit D. Robertum de Franzola, tunc Capitaneum Alexandriæ pro dicto D. Galeaz, cum quo similiter habuit colloquium de materia proditionis præmissæ, & à quo D. Roberto recepit pro parte dicti D. Galeaz similes promissiones, & cui D. Roberto ipse Lancia spopondit dictas proditiones protinus adimplere, & pro ipsis adimplendis alios inducere; quos sibi videbitur melius expedire.

Item in eo, & super eo, quod dicto anno MCCCLVIII. de mense Iunij dictus Lancea Bombellus accessit ad locum Montis Castelli, districtus Alexandriæ, coheret flumen Tanagri, & fines, & Territoria, & fossata ipsius loci, in quo loco inuenit dictum Fratrem Simonem de Puteo, cum quo Fratre Simone ipse Lancia iuit ad quandam mansionem, quam ipse Frater Simon tenebat vltra Tanagrum non multum longinquam à dicto loco Montis Castri, in qua inuicè prandetunt. Sumpto autem prandio exiuerunt, & euntes inuicem super ripam Tanagri, dictus Lancea perseuerans in malignitatibus, & proditionibus supradictis, easque proditiones, & malignitates cupiens totaliter adimplere. Iterato de eorum materia colloquium habuit cum eodem Fratre Simone, scrutabanturque ad inuicem qualiter, & quomodo dictam proditionem effectui mandarent. Et dederunt ordinem inter eos, quo ad hoc, vt cum aliquibus de maioribus hominibus, & potentioribus Valentiæ loqui possent de proditione prædicta, quidam filius Georgij Bombelli nepos dicti Lanciæ reciperetur in Fratrem dicti Ordinis per Fratrem Simonem supradictum. Et in die receptionis ipsius Fratris, multi de hominibus Valentiæ inuitarentur ad prandium ipso die fiendum. Et inter alios Perrucius Aribaudus.

Item in eo, & super eo, quod dicto anno MCCCLVIII. de mense Augusti dictus Lancea procurans, & intendens totis intentionibus dictam proditionem effectui mandare. Existens in dicta Terra Valentiæ, cui coherent muri ipsius Terræ Valentiæ circumquaq; misit Aymericum Talonum de Valentia ad dictum Fratrem Simonem, & ei dicendum, quo die volebat recipere in Fratrem Ordinis sui prædictum eius nepotem, qui Frater Simon sibi respondit, quod ipsum volebat accipere die Dominica tunc sequenti, & quod diceret dicto Lanceæ, quod ipsa die Dominica secum duceret omnes quos posset de melioribus Valentiæ, & præsertim Perrucium Aribaudum, & quod nullo modo veniret sine ipso Perrucio, qui Aymericus reuersus fuit Valentiam, & hoc retulit Lanciæ supradicto.

Item in eo, & super eo, quod dicto anno MCCCLVIII. de mense Augusti prędicto, Gulielminus Stortiglionus missus per dictum Fratrem Simonem de Puteo, ad dictum Perrucium Aribaudum, dixit eidem Perrucio in claustro Fratrum Minorum de Valentia, cui claustro coheret Ecclesia ipsorum Fratrum, & Capitulum, & Refraytorium ipsorum Fratrum, siue Conuentus Fratrum Minorum

Prædi-

prædictorum, quod procuraret, & taliter faceret toto suo posse, quod Terra Valentiæ subtraheretur à dominio prædicti D. Marchionis, & daretur sub potentia, & dominio dicti D. Galeaz, & quod si id faceret adimpleri, ipse D. Galeaz dari faceret ipse Perrucio tria millia florenos. Ipseque daret prouisiones magnas, & eum inter cęteros faceret honorari, quodque de hoc ipse Perrucius loqueretur cum prædicto Lancea, qui Perrucius ibidem promisit dicto Gulielmino, & prædicta curaret protinus adimplere. Et iterum alia vice, & dicto mense Augusti dictus Gulielminus reuersus fuit ad dictum Perrucium, & cui protulit ambasciatam in eadem forma. Et ipse Perrucius perseuerans in intentione proditionis prædictæ, similem responsionem fecit eidem videlicet, quod cum dicto Lancea loqueretur, & pro eo, vel eius facto non staret quin fieret proditio supradicta. Ad quam complendam daret omnem sibi possibilem opem cum effectu, & quod iam voluisset ipse Perrucius dictam proditionem esse adimpletam plenariè. Et hæc vltima verba, & promissiones fuerunt factæ in Terra Valentię in domo dicti Perrucij, cui domui coherent strata publica, & Curia, siue ayrale contiguum ipsi domui dicti Perrucij.

Item in eo, & super eo, quod dictus Lancea Bombellus de dicto mense Augusti, & dicta die Dominica ordinata, accessit ad locum dictæ Mansionis, & cum eo duxit dictum nepotem suum, quem fecit recipi in Fratrem, secundum ordinem datum inter eos, & etiam secum duxit plures de hominibus de Valentia, sed non dictum Perrucium. Et quia credebatur, quod dictus Frater Simon multum turbaretur pro eo, quòd dictus Perrucius non venerat, ad dictum locum, ipse Lancea eum excusauit, dicendo quod fuerat detentus per Potestatem Valentiæ, & sumpto prandio in domo dictæ Mansionis, cui circumquaque coheret ipse Frater Simon dedit ordinem cum dicto Lancia, quod nominarét, & vocarent istum tractatum matrimonium, & non tractatum ad hoc, vt ipse tractatus ad effectum reduci posset. Deinde dictus Frater Simon vocauit Aymericum Talonum, & Thebaudum Ianardum, & Lanciam prædictum, quibus quatuor sic in simul adunatis in dicta domo Mansionis prædictæ, dictus Frater Simon dixit Lanciæ Bombello prædicto, D Lancia quotiescunque vobis aliquid mandabo per Thebaudum, qui hic est pro complendo illud matrimoniũ, quod volumus perficere credite ei, & ego credam his, quæ mihi mandabitis super facto ipsius matrimonij per Aymericum, qui hic est, & aliquibus alijs non credatur, qui Lancia respondit bonum est, & ita fiat. Subsequenter verò dictus Frater Simon monstrans se esse desperatum de Perrucio Aribaudo, qui illuc non venerat, dixit ipsi Lanciæ non obliuiscamini loqui cum Perrucio Aribaudo de facto huius matrimonij, & tandem ab inuicem destiterunt, & dictus Lancea iuit Valentiam, & dictus Aymericus remansit in domo dictæ Mansionis vsque ad noctem, & altera die dictus Frater Simon dixit ipsi Aymerico dicas D. Lanciæ, quod loquatur cum Perrucio Aribaudo, quia de matrimonio fiendo sum ita clarus cum ipso Perrucio, qui nihil defuit, & pro eo non remanebit matrimonium.

Item in eo, & super eo, quod dicto anno, & de mense Augusti dictus Thebaudus Ionardus venit Valentiam, & locutus fuit cum dicto Lancia, in domo ipsius Lanciæ, quæ est in dicta Terra Valentiæ, cui coheret strata ante ab alio latere hęredes D. Caxeni de Bombellis, & si quæ aliæ sunt coherentiæ, permaneamus in tractatu prædicto complendo, & quod ipso mense Augusti ipse Lancia loquutus fuit de huiusmodi tractatu, & proditione fiendis, & complendis cum dicto D. Francischino filio suo, & cum dicto Perrucio Aribaudo, quibus omnia, & singula prædicta exposuit, & declarauit. Qui Perrucius, & Francischinus, & quilibet eorum prædictam proditionem, & tractatum fieri laudauerunt, & assenserunt. Et hæc feurunt facta in claustro Fratrum Minorum de Valentia coheret via à duabus partibus, &c. & sic ipsi, & quilibet ipsorum pluries, & pluries in simul colloquium habuerunt de ordine, & modo tenendo ad hoc, quod prædicta reducerentur pœnitus ad effectum.

Item in eo, & super eo, quod prædicti Perrucius Aribaudus, & D. Francischinus, & quilibet eorum in mensibus Iunij, Iulij, Augusti, & Septembris de anno prædicto MCCCLVIII. quolibet ipsorum mensium plures ambasciatas, & nuncios receperunt à prædicto Fratre Simone de Puteo pro dictis tractatu, & proditione fiendis, & complendis in detrimentum, & subuersionem status dicti D. Marchionis, & suæ patriæ, ac Communis, hominumque, & singularium personarum dictæ Terræ Valentiæ, & inter cętera, quæ consuluerunt, & consulunt fieri prædicto Lanciæ per dictum Fratrem Simonem, qui consuluit, & sibi mandauit, quod daret ordinem, vt in Pecero teneretur vna banneria equorum, & in S. Antonio alia de gentibus dicti D. Galeaz, cum quibus curreretur super poderio Valentiæ ad hoc, vt laboreria poderij Valentiæ impedirentur; & quod homines Valentiæ haberent materiā conquerendi de statu eorum, & de dominio D. Marchionis, & quamcitius inciperetur guerra per D. Galeaz contra dictum D. Marchionē, & matrimonium prædictum, per quod dicta proditio, & tractatus intelligebatur, citius compleretur. Per quæ omnia cognoscitur euidenter, quod eorum culpa viget præsens guerra. Et si non fuisset ipsorum proditio, præfatus Dominus Marchio, & sui Subditi pacis quietæ præsentialiter molirentur.

Item in eo, & super eo, quod dicto mense Augusti MCCCLVIII. & mense Septembris sequenti, & quolibet dictorum mensium prædicti Perrucius, Lancea, & Francischinus, & quilibet eorum inter eos communicato consilio in domo dictorum Fratrum de Valentia, & cum certis alijs personis, quorum nomina pro meliori tacentur, ad præsens tractauerunt, & ordinauerunt, & mandauerunt dicto Fratri Simoni, quod faceret ordinari cum D. Galeaz, quod exercitum firmaret contra dictam Terram Valentiæ, & quod ipso firmato curarēt, quod scriberetur D. Marchioni prædicto, quod resisteret ipsi exercitui, & eum leuaret de campis Valentiæ. Alias facerent pactum, & darent Terram Valentiæ sub dominio ipsius D. Galeaz.

Item in eo, & super eo, quod dictus Lancea Bombellus de anno proximè pręterito, & mense Septembris recepit Nunciū, & ambasciatam à Francisco Guasco,

&

& Galeaz Guasco de Alice, de Alexandria continentem, quod si ipse Lancia curaret, & taliter faceret, quod dicta Terra Valentiæ daretur D. Galeaz, quod sibi daret ianuinos auri sex millia, & quod ipse Lancia consideraret modum, qui esset tenendus ad hæc complenda, qui Lancia misit per suum nuncium, cuius nomen taceatur ad præsens. Dicas ei, quod ordinent, quod vna magna cursa fiat, contra Terram Valentiæ, & quod stipendiarij, & aliæ gentes dicti D. Galeaz, qui facient dictam cursam, sint in magna quantitate, & veniant vsque ad portas Valentiæ, & tunc si aliquo modo id fieri poterit, faciant, quod subito Terram intrabunt, quæ omnia ipse Lancia dixit, & notificauit dictis Perucio, & D. Francischino, & alijs quorum nomina taceantur ad præsens, qui eis assenserunt, & consuluerunt ea fieri, & executioni mandari.

Item, quod eodem anno, & mense Octobris proximè præterito dicta cursa ordinata per dictum Lanciam, cum scientia, & consilio prædictorum Perrucij, & D. Franceschini, & aliorum prædictorum, facta fuit contra dictam Terram Valentiæ, in qua cursa erant circa armigeri septem centum, & Vngari quinquecentum, & Pedites circa mille de gentibus prædicti D. Galeaz, inimici dicti Domini Marchionis; qui venerunt vsque ad portas, & pontes Valentiæ, & qui ad dictas portas, & pontes præliauerunt, taliter quod nisi fuisset virilis resistentia Capitanei, & pontis, ac stipendiariorum dicti D Marchionis, quos in Valentia habebat, & aliorum bonorum, & fidelium hominum de Valentia, qui ipsis gentibus inimicorum viriliter resistetunt, pluribus tamen hincinde vulneratis, & occisis, dictæ gentes inimicorum dictam Terram Valentiæ à dicti D. Marchionis dominio subtraxissent.

Item in eo, & super eo, quod prædicti Lancia, Perrucius, & D. Franceschinus, & quilibet ipsorum; tanquam homines falsi, & proditores Domini sui, ac sui Communis, & vicinorum suorum, omnia, & singula supradicta proditoriè, & contra Deum, & Iustitiam facere tractauerunt, & occultauerunt, ac secreta tenuerunt; & per eos, vel aliquem eorum non stetit quo minus prædicta ducerentur ad effectum, in damnum, præiudicium, & detrimentum, & subuersionem Status dicti D. Marchionis, & Communis, & singularium personarum, Valentiæ, & patriæ suæ; Crimen læsæ Maiestatis incidentes, & committentes, & constat nobis omnia, & singula suprascripta esse vera, per legitimas confessiones ipsorum, & cujuslibet eorum in iudicio coram nobis legitimè, & spontè factas, quibus Lanciæ, Perrucio, & D. Francischino, ipsorumque cuilibet præsentibus, audientibus, & intelligentibus, statutus fuit, per nos certus terminus defensionis iam elapsus, infra quem nullam fecerunt defensionem; quinimò dictus Perrucius Aribaudus spiritu diabolico instigatus sequi volens vestigia Iudæ proditoris D.N.I.C. qui facta proditione laqueo se suspendit, cum vno gladio, quem ipse Perrucius in manu sua tenebat, se bis in pectore vulnerauit; volens interimere semetipsum, quod quidem fecisset, nisi sibi in hoc impotentia nõ defuisset.

Nos Albertinus de Guastonibus Legum Doctor, Vicarius antedictus, sedentes pro Tribunali vt supra, secuti formam Iuris, & Capitulorum Marchionatus

Montisferrati, & vigore bayliæ, & arbitrij nobis per præfatum D. Marchionem tàm specialiter, quàm generaliter super præmissis omnibus attributi. Et omni meliori modo, iure, via, & forma, quibus melius possumus, & debemus prædictos Lanceam, Perrucium, & D. Francischinum, quod ducantur ad locum Iustitiæ deputatũ, in præsenti mercato de Sancto, & quod ibi eorum, & cuiuslibet ipsorum capita detruncentur, taliter quod à corpore detruncata protinus moriantur. Sedentes, in his scriptis, vtsupra sententialiter condemnamus, ipsorumque, & cuiuslibet eorum, bona res, & iura quęcunque, cuiuscunque nominis, & conditionis existant, & vbicunque consistant, Cameræ prælibati D. Marchionis, Imperialis Vicarij, & ipsi D. Marchioni deuoluta, & confiscata annotamus, & ex nunc per præsentem nostram sententiam pro publicatis, applicatis, & annotatis haberi dicimus, & sententiamus in his scriptis, sedentes vtsupra, de quibus omnibus, & singulis præfatus D. Albertinus de Guastonibus nomine, & vice prædicti D. Marchionis, & omnium quorum interest, & interesse poterit, pręcepit, & rogauit per me Thomam Crociam Astensem Notarium infrascriptum vnum, vel plura fieri publica instrumenta si fuerit opportunum.

Latæ, datæ, & in his scriptis sententialiter promulgatæ, & pronunciatæ fuerunt suprascriptæ condemnationes corporales, & sententiæ condemnationum corporalium per suprascriptum D. Albertinum de Guastonibus Vicarium antedictum in Iure pro Tribunali sedentem in Ciuitate Ast, in mercato de Sancto, in loco deputato vtsupra, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo, Indictione decimaquarta, die decimoquarto mensis Ianuarij, præsentibus testibus D. Francisco de Zopis, D. Antonio Testadoro, & D. Quilico de Brayda de Castagnito, omnibus Iurisperitis, Guhelmo Penello, & Perrono Pellera Notarijs, & Leone Galea Notario Communis Ast, & pluribus alijs, &c.

Et ego Thomas Crocia, publicus Imperiali auctoritate Notarius, suprascriptę sententiæ, & omnibus, & singulis dum sic publicarentur, vna cum suprascriptis testibus interfui, & vocatus, & rogatus hanc cartam traddidi, & scripsi, meque subscripsi, & signum meum apposui consuetum in testimonium præmissorum.

L'anno millesimo trecentesimo sexagesimo primo del mese di Decembre, il Marchese Giouanni, e Galeazo Visconte fecero pace insieme, nella quale il Marchese permesse al prefato Galeazo la Città d'Alba, & certi altri Castelli del Piemonte, che nella diuisione fatta trà lui, e fratelli suoi gl'erano peruenuti in parte: e trà di loro fecero parentado, percioche Galeazzo diede vna sua figliuola nominata Maria vltimogenita di età di quattro anni al secondo primogenito del memorato Marchese Giouanni, e trà loro conuennero, che la Città d'Asti doueße rimanere al Marchese Giouanni per dote della prefata Maria.

Il qual parentado, & amicitia hebbe poca durata, percioche l'anno millesimo trecentesimo seßagesimo secondo del mese di Maggio Maria mancò di vita; per la qual cosa trà gli prefati Marchese, e Galeazzo rinouandosi la guerra, il Marchese condusse alli seruigij suoi Albaret Sterz Capitano Anglese, con la compagnia di due milla Anglesi, & oltra à quali si ritrouauano nel Delfinato nelle parti d'Auignone di quelli, che erano stati

nella guerra di Odoardo Re d'Inghilterra, contro Giouanni Rè di Francia, e Filippo suo figliuolo, la quale compagnia venne in Lombardia, & nelli distretti di Vercelli, e Nouara, & occuparono molte Terre, e diedero molti danni. Galeazzo Visconte non vedendo altro modo di potergli scacciare fece dare il fuoco à molte Terre del Nouarese; perilche essi Anglesi furono necessitati à partirsi, & andorono nell'Aleßandrino, Terdonese, e Pauese, doue oltre li gran danni, che diedero in quelle contrade, occuparono assai Terre, e luoghi; Casale della Nosetta, Periolo, Montebello, Bellexungo, Calcababio, li Castelli della Torre di Monte, Sale, Garlasco, & molti altri Castelli, e Terre si diedero al Marchese Giouanni.

In questo modo procedendo le cose, il Conte Lando Todesco, e Giouanni de Pepoli Bolognèse, Capitanei di Galeazzo Visconte, cominciarono à trattare la pace con Albaret Capitano d'Anglesi, e con Ottone Duca di Brunsueich, e frà pochi giorni essi Duca, e Capitano vennero à Valenza, e li predetti Conte Lando, e Giouanni Pepoli à Bassignana. Et nelli confini di essi luoghi furono à parlamento trà loro della pace. Dopò il quale parlamento il Capitano Albaret andò à Romagnano, e Giouanni de Pepoli ritornò da Galeazzo Visconte à significarli quanto era stato ragionato nelli confini di Valenza, e Bassignana trà loro. Perilche Galeazzo certificato del tutto mandò esso Giouanni de Pepoli Ambasciatore dal memorato Marchese per trattare la pace con lui.

L'anno predetto alli cinque di Febraro trà il Marchese Giouanni, e li Sindici della Communità, & huomini del Borgo di Casale fù celebrato il seguente contratto, rogato da Bogeri della Sala; quod quidem instrumentum fuit iam extractum sub anno MCCCLVII. fol.

Anglesi quali come, si è detto di sopra, erano à Romagnano, non cessauano di fare escorsione sopra le Terre del Vercellese, e l'anno millesimo trecentesimo sessagesimo terzo alli quattro di Gennaro paßando il fiume di Ticino scorsero sopra il Contado di Milano fino alle Cassine presso cinque miglia da essa Città, e fecero vn ricco bottino, e condussero secò à Romagnano ducento prigioni Milanesi, (quali come era fama) si recattarono per cento milla fiorini. Il Conte Lando, quale era in Nouara per Galeazzo Visconte, vedendo le cose in pericolo cautamente pratticaua la pace con Anglesi. Ma auuenne, che Giouãni Caimo Capitano del predetto Galeazzo in Nouara intendendo che Anglesi erano venuti à dannificare il luogo di Briona, alli vinti due d'Aprile indusse il Conte Lando andare con lui, ad aßaltare detti Inglesi: nel quale aßalto eßo Conte Lando fù vcciso, e Giouanni Caimo fatto prigione; e benche Anglesi hauessero hauuta la vittoria, nientedimeno perche il Conte Lando era venuto più presto per trattare la pace, che per offenderli, hebbero gran dispiacere della morte sua. Per dimostratione del che si accordarono con Galeazzo Visconte, & si condußero con Pisani per andare alla guerra contro Fiorentini. E così del mese di Giugno del medesimo anno si partirono per andare in quel di Pisa; questo è il succo, e sostanza di quanto hà scritto Pietro Azario della guerra di questo anno contro Galeazzo Visconte.

Nel medesimo tempo trà il Marchese Giouanni, & Amedeo Conte Quartodecimo di Sauoia detto il Conte Verde figliuolo di Aimone, e di Violant sorella del prefato Marchese Giouanni, si faceua grauissima guerra. Alla quale volendo ouuiare Vrbano V.

Sommo Pontefice l'anno predetto, alli diecesette di Settembre, mandò Frate Marco di Viterbo gran Theologo, Ministro dell'Ordine de' Frati Minori, alli predetti Signori: il quale trà loro pronunciò perpetua pace, con pena di fiorini ducento milla d'oro, alla parte, che non l'osseruasse, quali si douessero applicare al beneficio della parte osseruante. Alla quale pronunciatione il predetto Conte Amedeo contrauenendo occupò per il mezzo di Vbietto di Chialant suo Capitanio il Castello, & Villa di Castello Vzone, situato nel Vescouato d'Inurea nelli confini di Settimo, e di Vialesia. Et parimente col mezzo delli gentilhuomini di Riualba, gli prese il Castello, e luogo di Cinzano, situato nel Vescouato di Torino, coherente al fine di Montecucco, Casal Bergone, & Riualba, occupò ancora il luogo di Sambuico alli confini di Castiglione, S. Mauro, e Settimo Torinese, & diede molti danni alli luoghi di Bannisio, Piperagno, S. Giorgio, Ripparia, & altri luoghi del dominio del predetto Marchese.

L'anno predetto mccclxiij nell'Indittione seconda, alli vintitre del mese di Nouembre, Giacomo Rè di Maiorica, Conte di Rosilione, e di Ceretania, & Signore di Montepeslero fratello di Elisabetta seconda moglie di Giouanni Marchese prenominato. Volendo prouedere alla quiete delli sudditi del Regno, e dominij suoi, e dell'animo suo, & ordinare in chi douessero peruenire essi Regni, e Signorie, dopò la morte sua, quando gli accadesse mancare senza figliuoli legitimi maschi, e femine. Et hauendo à memoria, che la predetta Elisabetta sua vnica sorella, nel tempo, che il Rè di Aragonia lo teneua imprigionato per la liberatione sua, rinunciò à qualunque ragione, che essa Infante haueua nelli predetti Regni, e Signorie, volendola reintegrare nelle pristine sue ragioni, gli fece donatione, (in caso però, che lui venisse à morte senza figliuoli, come si è detto) d'ogni ragione, reale, e personale, mista, & hipotecaria à lui spettante, e pertinente nelli detti Regni, Contadi, dominij, e Signorie, talmente, che in tutto peruenessero in lei, come più prossima, e dopò lei al primogenito procreato, ouero che nascerebbe di essa Elisabetta, e dal predetto Marchese Giouanni, e successiuamente, come richiede la successione Regale; secondo il grado, & ordine della primogenitura. E di tale donatione ne fù rogato instromento da Gulielmo Grazano detto Bogeri, e da Stibiotto Stibio d'Asti Notarij, e Cancellieri di esso Rè Giacomo nella Città d'Auersa; & i testimonij furono il Reuerendissimo M. Pietro Arciuescouo Napolitano, gli Mag. M. Raimondo di Bautio Conte di Roletto Cameriero del Regno di Sicilia, Nicolò Azaiollo Conte di Melfia Senescalco del predetto Regno di Sicilia, Gulielmo Conte di Hesbergh, Giouanni Conte di Licia, Nicolò Alifia Caualliero, & Cancelliero del Regno di Sicilia, Aimerico Caualcante Caualliere, e Cittadino di Fiorenza, Ligurio Zurlo Caualliero di Napoli, Landulfo Crispano Dottore di Napoli, & Antonio Spinola di Luculo di Genoua. Doue procede, che l'armi del Regno Maioricense in testimonio della debita sucessione del Regno, Contadi, e Signoria predetti, quali spettano alla sublime Casa di Monferrato sono apposte, & incorporate nello scudo di Monferrato, insieme con l'armi delli Regni, e Signorie, che per giusta ragione, e successione gli pertengono, quali arme sono vn scudo con quattro liste d'oro in campo rosso.

L'anno millesimo trecentesimo sessagesimo quarto, che fù l'anno di Theodoro terzogenito del predetto Marchese Giouanni, il memorato Papa Vrbano destinò Andrea Cardi-

nale Cluniacense Legato suo, per terminare la pace trà il prescritto Marchese, e Galeazzo Visconte, & alli vintidue di Gennaro del detto anno fu conclusa, e notificata per Antonio di Bernadigio Cittadino di Milano, Procuratore, & Ambasciatore di Galeazzo Visconte, al predetto Signor Giouanni alli vndeci del mese di Febraro, come appare per la nota di essa notificatione fatta in Asti, nel palazzo dell habitatione sua, rogato da Giacomino Capella di Liuorno Notaro, e Secretario del predetto Signore; e trà l'altre cose esso Legato ordinò nella confessione di essa pace, che il Marchese doueße permutare con Galeazzo Visconte le Terre, e luoghi, che lui teneua nel distretto di Pauia, con tante di quelle, che teneua eßo Galeazzo nel distretto d'Asti. la qual pace fù poi publicata nel dominio di Milano, alli vintiotto del mese di Febraro, secondo che scriue Pietro Azario, il qual dice così.

Durauerunt autem prædicta detestanda, & sub tam infelici guerræ casu, vsq; annum millesimum tricentesimum sexagesimum quartum, die 27. Ianuarij, quo die dum Reuerendiss. Pater, & D.D. Andræas Sedis Apostolicæ Legatus Mediolanum accessisset, veniendo per partes Marchionis antedicti pace tractata, inter Mag. D.D. Galeaz, & sequaces D. Marchionis, & adherentes pronunciauit. De quorum pace litteræ per prædictum D. Galeaz in Terris sibi subditis, missę fuerunt, tenoris inferius adnotari.

Galeaz Vicecomes Mediolani, &c. Imperialis Vicarius generalis. Reuerendissimus Dominus consanguineus noster Andræas Diuina Prouidentia, & tituli Sanctorum Marci, & Marcelli Presbyteri Cardinalis Apostolicæ Sedis Delegatus cum D. Marchione Mōsferrati inter quem, & nos diutius guerra viguit, sicut nostis, nuper ad pacem, & concordiam nos induxit. Ipse his diebus ad partes Lombardiæ occasione suæ legationis accedens, & transitum faciens per partes, & Terras D. Marchionis prædict. tractatum dictæ pacis cum pręfato D. Marchione inchoauit instanter, & inde Mediolanum applicans, nosq; ad pacem prędictam, suis suasionibus venerandis exhortans, vocatis in Ciuitate nostra prædicta Ambasciatoribus eiusdem Marchionis, post longum tractatum hincinde habitum inter prædictum D. Marchionem, & nos die Sabbati vigesima septimâ Ianuarij pacem publicè promulgauit. Nos enim ob sincerę deuotionis affectũ, quo eundem Reuerendiss. Dominum consanguineum nostrum prosequimur, & propter Commune bonum vestrum, aliorumq; fidelium subditorum nostrorũ commodum, & vtile, quod cuiq; nostro affectui præferimus, præd. Reuerendiss. consanguinei nostri acquieuimus voluntati. Mandantes vobis, quatenus pacem ipsam seruetis, & faciatis inuiolabiliter obseruari. Pacem eandem iuxta formam pacis inclusam facientes in locis debitis proclamari; & hoc notificetis omnibus cœteris subditis districtus vestri, in quibus cognoueritis expedire. Dat. Mediolani die 28. Februarij 1364.

Nobilibus Viris Potestati, Capitaneo, Sapientibus, & Communi, Ciuitatis nostræ Placentiæ.

Quæ litteræ cum introclusa in Plac. fuerunt lectæ, vbi tunc tēporis pro indict. victualiũ nob. Viri D. Antonini Tornielli Potest. Plac. ego P. Azarius permanebã.

L'anno medesimo del mese di Nouembre, trà gli predetti Marchese Giouanni, e Galeazzo Visconte per osseruanza della pace predetta fù fatta la susseguente permutatione.

In nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, Indictione secunda, die decimo nono Nouembris. In Ciuitate Papiæ in domibus illorum de Attulfis, præsentibus sapientibus Viris D. Manuele de Ponzano, Gaspardo de Branchfortis Iurisperis, Stephano Porro, & Ambrosello Criuello Ciuibus Mediolani testibus vocatis, & rogatis, quia ex forma pacis debet fieri permutatio de Terris, quas tenet Illust. D. Ioannes Marchio Montisferrati in districtu Papiæ cum tot ex illis, quas tenet Mag. D. Galeaz in districtu Astensi, quæ æquipoleant dictis Terris districtus Papiæ, &c. Ecce, quod Eggregij D. Ioannes de Pepulis, & Prothasius de Caynus, & Petrus de Mandello electi, & deputati pro parte dicti D. Galeaz, & D. Ottolinus de Ghisilbertis, & Fraylinus Guarletta Legum Doctores, ac Bogeri Cancellarius dicti D. Marchionis electi, & deputati pro parte dicti D. Marchionis, conuenerunt, & concordes fuerunt, vt infra, quod prædictus D. Galeaz det, & tradat dict. D. Marchioni pro cambio locorum Viquertæ, Medaxini, S Martini, Codeuillæ, & Turris Abbatissæ, & aliorum locorum circunstantium, quæ tenentur per dictum D Marchionem, Castra, loca, & Villas infrascriptas, cum hominibus, territorijs, & districtus, ac iuribus, & pertinentijs earundem videlicet. Azanum, Montem marcidum, Sanctum Marcianorum, Montem gardinum, Viglianum, Palacium, Alphertum, Insulam, Castrum nouum de Calcea Reuighascum, Villam francam, Sexantum, Gnalium, Cixanum, Montem clarum, & Bellengerium. Et dictus D. Marchio teneatur, & debeat tradere dicto D. Galeaz dicta loca Viqueriæ, Mexadini, S. Martini, Codeuillæ, & Turris Abbatissæ: & alia circunstantia, quæ tenet cum hominibus, territorijs, districtus, iuribus, & pertinentijs earundem pro cambio Terrarũ suprascriptarum, &c. Item quia, &c. Item, quod vterque ipsorum Dominorum omnibus, & singulis hominibus, & personis, qui sibi dabuntur per alterum, restituat suam bonam gratiam, & bonum amorem. Eisque omnibus, & singulis remittat omnes iniurias, odia, & rancores, ita quod occasione aliquorum præteritorum non possint ipsi homines, vel eorum aliquis realiter, vel personaliter impediri, vel aliter molestari. Et inde dicti Domini præceperunt de prædictis per me Notarium infrascriptum fieri vnum, & plura publica instrumenta totiens quotiens fuerit opportunum.

Ego Gulielmus de Grazano dictus Begeri publicus Imperiali auctoritate Notarius, & dicti D. Marchionis Cancellarius, prædictis omnibus, & singulis interfui, & rogatus scripsi, ac signum meum consuetum apposui in testimonium veritatis.

L'anno mccclxvj. l'Indittione quarta, alli vinti del mese di Ottobre, nel castello di Chiuasso, nella Camera superiore, in presenza di Ottone Duca di Brunsueich, Francesco Boccardo di Voghera, Vicario del Marchese, Simonino Prouana, Antonio di Gabiano figliuolo del q. Tadeo, & molti altri, M. Giacomo di San Giorgio Caualliero, Alberto, e Bar-

e Bartolomeo di S. Giorgio Cante di Biandrà, in essecutione del memorato priuilegio di Carlo Quarto Imperatore riconobbero in feudo dal Marchese Giouanni li luoghi, e Castelli di Balangerio, Solze, Bardazano, e S. Giorgio, Zuohonio, Lusigliato, Eugenia, Cuicilio, & Foglicio, col mero, e misto impero, & omnimoda giurisdittione, e con tutti gli omaggij, fedeltà d'huomini, pedagij, fitti, fodri, daciti, piscatione, venditione, discorsi d'acque, venationi, forni, molendini, pene, bandi, multte, precetti, obuentioni, ragioni, e qualunque regaglie. Promettendo di far pace, e guerra per il predetto Marchese, del che ne fu rogato instromento da Gulielmo Cicolello di Verolengo.

In nomine Domini, Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die vigesima mensis Octobr. Actum in Castro Clauaxij, in sala superiori, præsentibus testibus vocatis, & rogatis. Illust. Viro D. Ottone Duce Brunsuicen. D. Francisco Boccardo de Viqueria Vicario infrascripti D. Marchionis, Simonino Prouana, Antonio de Gabiano filio q. D. Thadei, Georzono de Braida de Montilio, & alijs. Constituti nobiles, & potentes Viri D. Iacobus de S. Georgio miles, ac Albertus, & Bartholomæus de S. Georgio de Canepicio ex Comitibus de Blandratæ, ante præsentiam Illust. Principis, & Mag. eorum D. D. Ioannis Marchionis Montisferrati Imperialis Vicarij, &c. Dixerunt, cognouerunt, & consenserunt se tenere in feudum, ab eodem D. Marchione, & prædecessoribus suis locum S. Georgij de Canapicio, cum pertinentijs suis, ac loca Zuchonij, Luxiglati, Anzenę, Cucilij, & Fuglicij. Petentes, & requirentes eundem D. Marchionem tanquam Marchionem Montisferrati, & tanquam Vicarium Imperialem, vt eosdem D. Iacobum, Albertum, & Bartholomæum de S. Georgio de locis prædictis, & quelibet prædictorum, & quemlibet eorum videlicet, secundùm illam partem, quam ipsi, & quilibet ipsorum habet in locis prædictis, inuestire dignaretu, & vellet pro se se, & eorum hæredibus, & successoribus masculis, & quod etiam ipsos, & eorum quemlibet dignaretur inuestire secundum illam partem, quam ipsi habent, & quilibet ipsorum pro eorum hæredibus, & successoribus masculis de loco, & Castellata Ballangerij, ac de locis Solciarum, & Bardazani, quæ tenebantur, & possidebantur, per Prædecessores ipsorum D. Iacobi, Alberti, & Bartholomæi; & generaliter de quibuscunque alijs locis, nominatis, scriptis, & positis in priuilegijs factis, & concessis per Serenissimum D. D. Carolum Quartum Romanorum Imperatorem semper Augustum, & Boemiæ Regem, eidem D. Marchioni spectantibus, & pertinentibus, eisdem D. Iacobo, Alberto, & Bartholomæo ex Comitibus supradictis videlicet, secundùm illam portionē, & partem, quam ipsi, & quilibet ipsorum habeat, seù visi sunt habere, aut habere debent, de iure in locis prædictis, & quolibet prædictorum. Vnde supradictus Illust. Princeps, & D. D. Ioannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius, &c. tàm Iure, & vigore sui Marchionatus, quàm etiam Iure, & vigore Vicariatus Imperialis quo fungitur. Audiens, & intelligens cognitionem, requisitionem, & consensum, factam, & factum per suprascriptos D. Iacobum, Bartholomæum, & Albertum de inuestituris prædictis, eosdem voluit hilari vultu, & animo gratiosius exaudire.

Ex

Ex quo supradictus Illust. Princeps,& D.D.Ioannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius,&c. Sentiens,& cognoscens grata seruitia, ac immensos honores eidem, & prædecessoribus suis impensos, & impensa per suprascriptos D. Iacobum, Albertum,& Bartholomæum, & prædecessores suos, & quæ indubitanter sibi,& hæredibus successoribus suis,exhiberi sperat; & tenet firmiter per prædictos de S.Georgio, & hæredes, & successores eorum temporibus affuturis. Tanquam Marchio Montisferrati, & Imperialis Vicarius,cum vna spata,quam suis tenebat manibus,confirmando similiter per hoc præsens publicum instrumentum omnes alias inuestituras factas per prædecessores suos Marchiones Mōtisferrati,tàm ipsis D. Iacobo, Bartholomæo, & Alberto,quàm prædecessoribus suis, inuestiuit per se, & hæredes,& successores suos prædictos D. Iacobum, Bartholomæum, & Albertum de S. Georgio ex Comitibus de Blandratæ,& quemlibet eorum,secundùm illam portionem,& partem, quam ipsi, & quilibet ipsorum habent, seù visi sunt habere in locis infrascriptis pro eorum hæredibus, & successoribus masculis in nobile, & gentile rectum, & antiquum feudum videlicet, de predicto loco S.Georgij cum pertinentijs suis, & de locis Zuchoni, Luxicegliati, Auzegnæ, Cucilij, & Foglicij ac de Castro, loco,& Castellara, Ballangerij, cum pertinentijs suis, & de locis Saluciarum, & Bardazani, & generaliter de quibuscunq; alijs locis, Castris, & Villis spectantibus,& pertinentibus de iure ad ipsos D. Iacobum, Bartholomæum, & Albertum, seù ad aliquem ipsorum, quæ scripta, nominata, & posita, sunt in priuilegijs factis, & concessis ipsi D. Marchioni, per Serenissimum Principem, & D. D. Carolum Imperatorem supradictum. Saluo, & reseruato in omnibus & singulis supra,& infrascriptis, & quolibet prædictorum iure feudi, & iure cuiuscunque personæ ita, & taliter, quod ipsa loca,& quemlibet eorum habeant, teneant, & possideant cum mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, & gladij potestate, & cum omnibus homagijs,& fidelitatibus, pedagijs, fictibus, fodris, dacitis, piscationibus, venationibus, aquarum decursibus, furnis, molendinis, pœnis, bannis, mulctis, præceptis, obuentionibus, iuribus, & regalibus quibuscunque eidem D. Marchioni pro dictis locis, seù eidem locis, & quolibet prædictorum pertinentibus, seù spectantibus quouis modo; quo acto supradicti D. Iacobus, Albertus, & Bartholomæus per se se, & hæredes, & successores suos, iurauerunt, & fecerunt, tactis sacrosanctis scripturis, fidelitatem eidem D. Marchioni eorum Domino, ac hæredibus,& successoribus suis, & iurauerunt facere pro ipso D. Marchione, & successoribus suis pacem, & guerram, & exercitus, & caualcatas, & cætera alia, quæ ipsi D. Iacobus, Albertus, & Bartholomæus de S. Georgio, & prædecessores sui facere tenentur, & tenebantur, & soliti erant facere eidem D. Marchioni, & prædecessoribus suis. Iurauerunt quoque facere erga dictum eorum D. D. Marchionem, hæredes, & successores suos, ac attendere, & obseruare omnia, & singula, quæ in capitulis fidelitatis, nouæ,& veteris formæ, eisdem, & cuilibet ipsorum expositis vulgarizatis, & expressis, seriosius continentur. Præcipientes exinde tàm ipse D. Marchio, quàm prædicti D. Iacobus, Albertus,& Bartholomęus

fieri

fieri per me Notarium infrascriptum suum, vel plura publica instrumenta reficienda semel, & pluries si opus erit, consilio sapientis.

L'anno seguente, Ludouico Abellone, e Bonifacio di Coccenato in essecutione delli mandati di Carlo Quarto Imperatore fecero la fedeltà al predetto Marchese delle parti loro di Cocconato, Robella, e Casale Borgone, del che ne fu rogato instromento da Antonio detto Console di Grazano.

Questo anno mccclxvj. la Communità, & huomini del luogo di Pasturana fecero la fedeltà al Marchese Gio. Giacomo, del che ne fu rogato instromento da Antonio Console di Ponzano, registrato per lui nel primo suo protocollo fol. 6.

L'anno millesimo trecentesimo sessagesimo ottauo, essendo venuto à morte Leonotto Duca di Clarentia, figliuolo del Rè d'Inghilterra, marito di Violante, figliuola di Galeazzo Visconte. Il Dispensero Anglese, e gl'altri Anglesi, quali erano in Piemonte si ridussero in Alba, per guardare essa Città, e la Terra di Cherasco, con gl'altri luoghi del Piemonte, quali erano stati assignati da Galeazzo al predetto Leonotto per dote di Violante. E domandando il predetto Galeazzo la restitutione di esse Città, e Terre, gli fu dal Dispensero denegata. Perilche volendole lui ricuperare, mandò Azino Caimo, & Giacomo del Verme con l'essercito suo contro detti Anglesi, e commettendosi la pugna, essi Azino, e Giacomo furono fatti prigione. Per il qual successo Galeazzo pensando sopra l'accordio, fece tregua col Dispensero, & Anglesi. Et nel tempo di essa tregua il Dispensero andò à Pauia, & insieme con Galeazzo mandarono Ambasciatori al Marchese Giouanni, al quale diedero amplissima possanza di fare l'accordo trà loro. Ma auuenne, che essendo andato il predetto Marchese à Pauia, per sodisfare alle richieste d'ambe le parti, & attendere alla pacificatione loro, gli sopragiunsero alcune nuoue della Corte di Carlo Imperatore, che in quei tempi si ritrouaua à Pisa, per le quali fu necessitato à partirsi di Milano, & andare dal predetto Imperatore, doue essendo giunto, gli soprauenne Bonifacio di Cocconato, il quale, perche il predetto Marchese non l'haueua condotto seco, come era solito, à fare nelli altri suoi viaggi, dubitò che non fusse andato per ottenere dall'Imperatore la totale sommissione di esso Bonifacio e dell'agnatione sua. Et intendendo, che l'Imperatore per suo priuilegio haueua concesso al Marchese la superiorità sua, e de gl'altri di Cocconato, molto si dolse, dicendo, che l'impetratione del Marchese Giouanni era contro la libertà à loro concessa, per vn priuilegio Imperiale, quale presentò alla presenza dell'Imperatore. Et la Maestà sua, dopò che l'hebbe vdito leggere, lo fece lacerare, & in breue interuallo di tempo ritrouandosi nella Città di Lucca, riconfermò al predetto Marchese tutti gl'altri priuilegij à lui, & predecessori suoi concessi, con espressa promissione, che à richiesta d'alcuno non gli riuocarebbe: come si legge per vn honoreuole, & amplissimo priuilegio, dato in essa Città di Lucca, l'anno millesimo trecentesimo sessagesimo nono, Indittione settima, alli otto del mese di Marzo. Nel qual anno dopò la partita del predetto Imperatore d'Italia frà il Marchese Giouanni, e Galeazzo Visconte nacque nuoua occasione di guerra; perilche il Marchese ritenne alli stipendij suoi Odoardo Anglese, detto il Dispensero, & la compagnia sua d'Anglesi, quale signoreggiaua la Città Monteuico, e la Città d'Alba, con l'altre Terre di Piemonte, & dette, che non la restituirono à Galeazzo, anzi li diede in pegno al predetto Mar-

che se Giouanni, per vinti sei milla fiorini d'oro, como si manifesta per il sottoscritto instromento.

In nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo tricentesimo sexagesimo nono, Indictione septima, die vigesimo septimo mensis Octobris. Actum in Ciuitate Astensi, in palatio habitationis Illust. Principis, & D. D. Ioannis Marchionis Montisferrati, presentibus Reuer. & Egreg. Viro D. Fratre Daniele ex Marchionibus de Carreto, Priore Ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani, in Prouincia Lombardiæ, Egreg. Viris Manfredo Marchione de Busca, D. Gulielmo Bosson., Odoardo de Longrages Anglicis, Secundino de S. Giorgio, Comite de Blandrato militibus, & Vitero Vagnono. Quorum presentia Illust. & Mag. D. Odoardus, D. lo Despenser Ciuitatis Albæ, & Montisuici, & districtum eorundem D. Generalis ex certa scientia, ac appensatè, & benè prouidus fuit confessus, & contentus, & in veritate publicè recognouit, se mutuò, & ex causa veri, & legitimi mutui, ac de gratia speciali, & pro suis magnis, ac diuersis necessarijs honeribus, & sumptibus supplendis, & substentandis, & manutenendis habuisse, ac realiter, & veraciter recepisse ab Illust. & Mag. Principe, & D. D. Ioāne Marchione Montisferrati Imperiali Vicario, &c. florenos viginti sex millia auri boni, iusti, & legalis ponderis, & bonæ ligæ. Renuncians præfatus D. lo Despenser in, & super præmissis exceptioni sibi non datorum, nō solutorum, non numeratorum, & non receptorum mutuò; & causa, seù causis permissis dictorum florenorum, & exceptioni non numeratæ, & non receptæ, ac sibi non traditæ mutuo dictæ pecuniæ, doli, mali, & in factum, actioni, conditioni sine causa, & ex iniusta causa, & omni juri, quam florenorum quantitatem dictus D. le Despenser ex certa scientia, & non per errorem promisit, & conuenit, prædicto D. Marchioni præsenti, stipulanti, & recipienti pro se, & suis hæredibus dare, soluere, reddere, & restituere eidem D. Marchioni, aut eius hæredibus, vel eius certo Nuncio in pace, & sine lite post octo menses proximè venturos in Ciuitate Astensi, vel alibi, vbi dicto D. Marchioni, vel eius hæredibus placuerit, & suam prædictam solutionem prædictæ pecuniæ quantitatis recipere maluerit; & vbi, seù in qua parte citatus, monitus, conuentus, & requisitus fuerit, causa inobseruantiæ præmissorum, ibi veniet, parebit, & solutionem, ac satisfactionem plenariam faciet de præsenti. Submittens, & supponens se prædictus D. le Despenser spontè, & ex certa scientia causa præmissa, & pro præmissis efficaciter attendendis iurisdictioni, cohertioni tàm temporali, quàm spirituali, cuiuslibet D. Regis, seù Baronis, ad cuius, seù quorum iurisdictionem causa premissa prædictus D. Marchio, hæredes, & successores sui, seù eius, vel eorum legitimus Procurator recurreret, & regressum haberet pro compulsione obseruantiæ præmissorum. Et si dictis loco, seù locis, & termino prædictus D. le Despenser dictam florenorum quantitatem non soluerit, & omnia, & singula supradicta, & in præsenti contractu contenta non obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit; promisit, & conuenit dicto D. Marchioni præsenti, & stipulanti, prout supra, reficere, & restituere eidem D. Marchioni omnia damna, expensas, & interesse,

resse, litis, & extra, quæ, & quas proinde præfatus D. Marchio faceret, incurreret, vel substineret dictam pecuniæ quantitatem petendo, exigendo, seù requirendo tàm in iudicio, quàm extra, eundo, redeundo, stando causa iudicij, mutuo, præmio, vel alio quouis modo, & de quibus sibi credere promisit, verbo simplici, sine testibus, & sacramento; & qualibet alia probatione. Volens, & expressè consentiens prædictus D. le Despenser, quod ipse D. le Despenser possit, & valeat ad solutionem plenariam dictæ pecuniæ quantitatis dicti debiti, & obseruationem omnium præmissorum cogi, & compelli, per D. Curiæ Cameræ Domini nostri Papæ, Camerarium, & Auditorem ipsius, & eius Locumtenentem Marescalcum Romanæ Curiæ paruum sigillum Montispesulani, & Custodum ipsius, & per Curias DD. Regum Franciæ, Hierusalem, & Siciliæ, Vrbis Tusculanen. & Leodien. Archiepiscopos, & per Episcopos, Officiales, & Iudices Ecclesiasticos, & Seculares dictorum locorum. Necnon per Episcopos Asten. Alben. Saonen. Taurinen. Hipporegien. vel eorum alterum, vel eorum, vel alterius ipsorum Vicarios, seù Locumtenentes; & per quemcunque alium Iudicem, & Officialem, tàm Ecclesiasticum, quam Secularem vbicunq; constitutos, quorum locorum iurisdictionibus, & cohertionibus, ex nunc prædictus D. le Despenser se spontè submittit, non obstante, quod si processus fuerint in vna Curia incępti. Nihilominus ipsa dimissa possit dictus D. Marchio ad aliam, & alias, quam, & quas maluerit semel, & pluries, & vno, & diuersis temporibus habere recursum. Et pro prædictis omnibus, & singulis attendendis, & obseruandis præfatus D. le Despenser ex certa sua scientia, ac appensatè obligauit, & hypothecauit prædicto D. Marchioni ibi præsenti, & recipienti Ciuitatem Albæ, & Terram Montisuici, & omnes alias Terras, Castra, & loca dictis Ciuitati Albæ, & loco Montisuici suppositas, & cum omnibus Terris, Castris, locis, & pertinentijs, & hominibus vniuersis dictæ Ciuitati, & loco Montisuici suppositis. Et omnia alia loca, Terras, Castra, & homines, quæ, & quas, & quos tenet, & possidet, seù quasi possidet, & habere, tenere, & possidere visus est idem D. le Despenser, vel alius, vel alij eius nomine in partibus Pedemontium, vel earum circunstantijs, quorum locorum, & Terrarum, ac hominum prædictorum possessionem corporalem, ac tenutam dictus D. le Despenser tradere debet, & tradere promisit prædicto D. Marchioni stipulanti, seù Nuncijs suis pro ipso D. Marchione recipientibus. Promisitq; dictus D. le Despenser prædicto D. Marchioni stipulanti, & recipienti defendere, & manutenere dicta loca, & terras vniuersas, & vniuersa, prout supra, & pro posse suo prædicto D. Marchioni ab omni persona, & personis, & contra quamcunq; personam, & personas, & ad ipsa loca, ipsasq; Terras manutenendum, dare promisit ipsi D. Marchioni stipulati auxilium, consilium, & fauorem. Promisitq; dictus D. le Despenser prædicto D. Marchioni stipulanti, & recipienti facere, & curare cum effectu, quod homines dictorum locorum sub dominio ipsius D. le Despenser, suppositi prædicto D. Marchioni fidelitatem debitam facient, cùm citius per prædictum D. Marchionem, vel eius Nuncium, seù Procuratorem fuerint requisiti. Acto per pactum expressum solemni stipu-

latione vallatum, quod ipse D. le Desper ipsa loca redimere non possit aliquo modo prò ponendo in manibus, seù fortia D. Galeaz Vicecomitis, vel alicuius de Vicecomitibus, vel alicuius Officialis eorũ, vel alterius inimici ipsius D. Marchionis directè, vel indirectè, vel alio quæsito colore, ita, & tali modo fit, & facta fuit pignoratio antedicta, quod fructus, redditus, & prouentus Ciuitatis, & locorum prædictorum, computari debeant in guardijs, & custodijs, ac expensis vtilibus, & necessarijs fiendis in dictis locis tantummodo. Tali modo, quod dicta specialis obligatio non deroget dictæ generali obligationi, nec generalis dictæ speciali, quæ quidem bona iure precario, & hypothecario nomine ipsius D. Marchionis constituit dictus D. le Despenser se possidere vsq; ad integram solutionem, & satisfactionem omnium præmissorum. Renuncian. idem D. le Despenser in præmissis omnibus, & singulis per pactum expresè appositum solemni stipulatione vallatum, exceptioni non sic celebrati contractus, & recepti, aliter fuisse scriptum, quàm dictum, & è conuersò, ac doli, mali, & in factum, actioni, conditioni, indebiti sine causa, & ex iniusta causa, priuilegio crucis, & fori signatis, & signandis, concesso, & concedendo, omniq; tempore feriato, & quadrumesti omni appellationis remedio, omni inhibitioni cuiuscunq; Principis, omni consuetudini, & statuto, Iuditijs quinquenarijs, & quatuor mensium, beneficio legis si conuenit, ff. de iurisdictione omnium Iudicum, constitut tàm de duabus dictis editis, tàm in Consilio generali, quàm per D. Bonifacium Papam VIII. & alijs quibuscunq; super hoc editis, & edendis iuri dominij reuocandi beneficio restitutionis in integrum impetrationi, & contradictioni litterarum Apostolicarum conuentioni locorum, & Iudicum, omniq; petitioni, & oblationi, libelli, copiæ huius instrumenti, omnibus litteris Apostolicis, Imperialibus, & Regalibus, concessis, & concedendis, omniq; reali actioni, exceptioni, & defensioni facti, & Iuris, Canonici, & Ciuilis, & Legum, & Cannonum auxilio, & specialiter iuri dicenti, generalem renunciationem non valere. Insuper vt omnia præmissa facilius attendantur, & plenariè obseruentur idem D. le Despenser ex certa scientia fecit, constituit, & ordinauit suos certos Nuncios, & Procuratores D. Franciscum de Summo, & Albertinum de Guastonibus Legum Doctores, Bartholomæum Bauam de Grazino præsentes, & mandatum spontè recipientes, & Bertholotum de Tridino absentem, tanquam præsentem, & quemlibet ipsorum per se, & insolidum. Ita, quod actus vnius, actum alterius non impediat, occupantisq; melior non sit conditio. Et id quod vnus eorum circa pręmissa fecerit alius mediare possit, & finire, ad comparendum pro ipso D. le Despenser omni tempore, die, & hora, feriato, & non feriato, in termino fiendæ solutionis prædictæ, & post ipsum terminum quotiens, & quandocunque dicto D. Marchionĩ, vel hæredibus ipsius placuerit coram D. Auditore Camerario., & ipsius Locumtenente Domini nostri Papæ, & alijs Dominis Iudicibus, & Officialibus Curiarum supradictarum, & quolibet eorum, & ad confitendum semel, & pluries, & recognoscendum dictum debitum dictorum florennorum viginti sex millium auri ponderis, & ligæ prædictorum coram prætatis D. Officialibus,

vel

vel altero ipsorum. Et ad confitendum, & recognoscendum damna, expensas, & interesse, quæ, & quas, & quod idem D. Marchio dixerit solo verbo se fecisse, & substinuisse occasione dicti debiti, & occasione solutionis non factæ loco, & termino prædictis. Et ad se se condemnandum, & patiendum se se condemnari per prædictos Dominos, & Officiales prædictos, vel alterum ipsorum de prædictis, Et ad audiendum, & recipiendum omne præceptum, omnemq; monitionem, sententiam, & mandatum, quod, & quam facere, ferre, & promulgare voluerint contra dictum D. le Despenser debitorem suum, & hæredes, & successores suos, & bona ipsius le Despenser pro dicto debito, & pecuniæ quantitate, prædicta soluenda, prout supra, & eis sponte acquiescendum; et ad submittendum, & supponendum propterea ipsum D. le Despenser debitorem, vt supra, & suos hæredes, & successores, & bona eorum, iurisdictionibus, & cohertionibus Curiarum Cameræ dicti Domini nostri Papæ Camerarij ipsius Auditoris, & Locumtenentis, & aliorum Dominorum Iudicum, & Officialium Curiarum prædictarum, & cuiuslibet earum. Et ad volendum, & consentiendum, quod ipsi D. Camerarius, Auditor, Locumtenens, & supradicti Iudices, et Officiales quicunque, et quilibet eorum, in ipsum D. le Despenser, et eius hæredes excommunicationis sententiam ferant, et processus alios quoscunq; faciant contra eum, et suos hæredes, et successores, et bona ipsorum, quotiens, quando, quomodo, qualiter, et vbi voluerint, et fuerit opportunum; si dicto D. Marchioni non fuerit, vt supra de dicto debito, iuxta huiusmodi instrumenti tenorem plenè, et integrè satisfactum, et generaliter ad omnia, et singula faciendum, et exercendum in præmissis, et circa præmissa, et quolibet præmissorum, quæ sunt, et erunt necessaria, ac opportuna; etiam si quæ essent, quæ mandatum exigerent speciale, et quæ ipsemet D. le Despenser constituens facere posset si præsens esset. Promittens prædictus D. le Despenser prædicto D. Marchioni, et mihi Notario subscripto tanquam publicæ personæ stipulanti, et recipienti nomine, et vice omnium, et singulorum, quorum poterit interesse, perpetuò prædicta omnia, et singula firma, rata, et grata habere, et tenere, quæ per dictos suos Procuratores, vel alterum ipsorum insolidum facta fuerint in præmissis, et quolibet præmissorum, ipsosq; Procuratores, vel alterum ipsorum non reuocare tacitè, vel expressè aliqua occasione, et sub obligatione omnium bonorum suorum, quæ proinde mihi iam dicto Notario stipulanti, vt supra pig. oblig. Et de prædictis dicti contrahentes per me Iacobum de Capella de Liburno Notarium subscriptum, et per D. Gulielmum de Alberton. Notarium fieri præceperunt publicum instrumentum dictandum, et corrigendum, ac emendandum Consilio Iurisperiti substantia, ac effectu prædictis, in aliquo non mutatis.

Onde per detta causa del mese di Luglio, ouero Agosto del seguente anno fù diffidata la guerra trà esse parti, e dopò le genti di Galeazzo con l'aiuto di Bernabò suo fratello, e di Cane della Scalla, entrorono nelle Terre del Marchese, e saccheggiorono tutte quelle, che potero; e nelle biadi, e vigne dell'Alessandrino diedero molti danni. Et benche spesse volte mutassero il campo, fecero poco guadagno, & hebbero vile vittoria, per modo,

che

che fù di bisogno si riduceßero nelle Terre di Galeazzo. Il che vedendo il Marchese, che le genti di Galeazzo mancauano d'animo, fece progresso sopra le Terre del Nouarese, doue le genti sue guadagnarono gran preda, & abbrucciarono li luoghi di Blandrate, e Garlasco. Dopò al tempo della Primauera dell'anno seguente. millesimo trecentesimo settuagesimo, Galeazzo Visconte aßaltò le Terre del Marchese vicine al fiume di Pò, alle quali diede gran guasto; & hauendo trattato con li Conti di Cabaliaca, quali l'aßecurarono, che li Castelli loro sariano in fauore di esso Galeazzo, e gli darebbero tutti li possibili agiuti, fermò l'assedio à Valenza tenuta per il Marchese, la qual Terra pacificamente col castello di Monte, vicino ad eßa Terra se gli diede; e dopò la deditione di Valenza andò à mettere il campo à Casale S. Euasio, la qual Terra per difetto di vittuaglie venne in suo potere, & di essi successi Pietro Azario, scriue nel seguente modo.

Cum infinito dispendio curauit D. Galeaz in matrimonium copulare Illust. D. Leonotto Duce Clarentiæ filio D. Regis Anglicorum Illust. D. Violant filiam suam, et ipsa dotata de vniuersis Terris, quas tenuit, et tenet in partibus Pedemontium, et florenorum centum millia. Idem D. Leonottus eandem matrimonio acceptauit; et ipso Duce vento Mediolanum eam duxit in vxorem, et demum reuersus est cum eius comitiua Anglicorum in partibus Pedemontium, dimissa ipsa D. Violant in Papia, nec vnquam prædictus D. Leonottus prædictus peractis Papiam rediuit, sed parua mora in Pedemontio protracta Albam reuersus diem clausit extremum, de cuius morte prædictus D. Galeaz, ac vniuersi Lombardi valdè doluerunt, et ipso mortuo in Papia portato Papiæ traditus fuit sepulturæ. Quibus honorificè peractis Mag. Dominus prænomine Dispenserius Anglicus cum alijs Anglicis in partibus illis repertis Ciuitatem Albæ, Clarascũ, et alias Pedemontium Terras, quas potuit, curauit nomine Anglicorum custodire, et in Albam se recipiens Terras ipsas præmisso D. Galeaz restituere denegauit. Vnde orto scandalo inter vtrosq; et guerra in partibus illis incepta, D. Azinus Caymus, et Iacobus de Verme cum gentibus Domini Mediolani magnis in partibus illis existentibus in quoddam cõflictu proditoriè captiab ipsis Anglicis magna damna in personis sunt perpessi, et in Albam deducti captiui cum magna redemptione relaxati sunt, et ipsi Anglici propterea facti duriores. Posteaq; viribus reassumptis prædictus D. Galeaz, D. Marchionẽ Franciscum multis proceribus sociatum, et multa gente, D. Bernabonis eius fratris pro resistendo prædictis Anglicis transmisit, et treugua firmata, prædictus Marchio Franciscus infirmus Papiam rediuit. Et de pace tractatum fuit inter prædictũ D. Galeaz, et Despenserium, qui propterea Papiam personaliter venit. Et D. Marchio Montisferrati missis per partes vtrasque Ambasciatoribus solemniter ad prædicta electus est, sed non pro fuit; imò discors recessit. Dicitur enim, quod præcipua causa huius præsentis discordiæ fuit hæc. Nam vento D. Carolo Imperatore in Ciuitatẽ Pisarum, D. Marchio Montisferrati ad eum accessit magnificè associatus, et mora protracta requisiuit de vniuerso Monteferrato reinuestiri ab Imperio. Qui Marchio nullum ex D. de Cocconato maioribus Montisferrati

secum

secum duxit. Ex quo nobilis Vir D. Bonifacius de Cocconato, qui cum alijs andatis Marchionis solitus erat esse potior; cum aliquibus ad prædictum D. Imperatorem ibidem accessit, vbi inuenit, dato priuilegio, iam fuisse prædicto D. Marchioni vltra ordines obligatum. Et ideò exposuit D. Imperatori, quod domus de Cocconato volebat contradicere præfato Marchioni. Et multis coram Imperatore, dictis, et alijs Rectoribus ipse D. Imperator concessionem Dominis de Cocconato lacerato priuilegio reuocauit. Recesso autem Imperatore in partibus Alamaniæ propter mala præcedentia cœperunt noua scandala suscitari inter prædictum D. Marchionem, et D. Galeaz, maximè quia ipse Marchio vetauit ne Ciuitas Albæ, et alia loca per Anglicos occupata, ipsi D Galeaz restituerentur; sed ipsos Anglicos sub stipendijs suis, esse potius voluit, & Dispenserium prædictum accepit. Et sic diffidatis partibus de mense Iulij, & potius Augusti gens D. Galeaz cum auxilio D. Bernabouis eius fratris, & D. Canis della Scala Terram D. Marchionis intrauit, depopulando quæ poterat, & damna intulit apud Alexandriam Terris illis in bladis, & vineis, qui exercitus parua victoria obtéta, Terras dominio Marchionis, vltra padum subiectas, læsit prout potuit, mutatis campis multipliciter cum maxima victualium carentia; & de mense Octobris ad Terras D. Galeaz se recepit. Dictus autem Marchio magnas caualcatas ordinans, Blandratum, & Garlaschum incendio cremauit, prædans infinitá quantitatem etiam in alijs diuersis locis bestiarum, & deducens, in quo exercitu Domini Mediolani defecit virtus, & persona D. Luchini de Vermæ, olim Capitanei sui; cum infinitis tamen subditorú expensis, & innumerabili exercitu equestri, & pedestri tempore Veris, Marchionis Terras citra Padum, & prope Padum factis vastis, Mag. D. Galeaz potenter insiluit. Et habito concordio cum Comitibus Cabaliacæ, Castra eorum, & alia quæ potuerunt ipsi D Galeaz tradiderunt, recusantes ire in confinibus requisitis per ipsum D. Marchionem. Quibus peractis firmata obsidione circa Valentiam, Terram ipsam intrauit pacificè sibi datam, gens Domini Mediolani cum Castro Montis ibi propinquo. Et deinde dictus exercitus circa Terram Casalis campum firmauit, adeò quod circum circa dicta Terra, fossis, & sepibus conclusa extitit; in tantum, quod nullus de Terra ipsa poterat exire, nec intrare etiam potentia nauium per padum nauigantium in Sicidam cum victualibus copiosè. Et demum die decimo quarto Nouembris mccclxx. per impotentiam, & defectum victualium extitit per exercitum prædicti D. Mediolani præmunita, factis Bastitis circum Castrum, & Rocham dictæ Terræ, quæ per spatium vnius mensis vlterius durauerút, quæ Terræ dicto anno fulcite victualibus copiosè dominio præfati D Galeaz sunt subiectæ.

Casalensi prima, che introducessero Galeazzo Visconte nel Borgo di Casale, e si ponessero sotto il dominio, e giurisdittione sua, richiedettero per gratia, che loro concedesse certi capitoli. Del che ne fù contento gratificarli nel modo, e forma, che si contiene nelle risposte, particolarmente date per lui ad essi capitoli, descritti nel quinto libro del Volume delli Statuti di Casale, in carta pecorina, in fogli lvj. lvij. lviij. quali sono questi.

Casalensium capitula cum Galeatio Vicecomite.

Infrascriptas conuentiones Dei gratia speciali petunt, & requirunt Commune, & homines Casalis per infrascriptos Sindicos, & Sindicario nomine Communis, & hominum Casalis videlicet. D Nicolinum Mangiacaballum Iurisperitum, D. Iacobum Bazanum Manuynum Grassum Canonicum de Casali, Gulielmum Gallonum, Gulielmum de Codecha, Ioannem Barbarinum, Thomam Rouiglionum, & Bonum Ioannem Moranzanum à Mag. & Excelso D. D. Galeaz Vicecomite Domino Mediolani, & Papiæ, &c. Cum quò Mag. & Excelso D.D. Galeaz prædicti Sindici, & Sindicario nomine dicti Communis, intendunt componere, & se supponere dominio, & iurisdictioni dicti D. Galeaz ipsius gratijs, & conuentionibus factis si iustè videbuntur prædicto Mag. D.D Galeaz,

Primo, quod Commune Casalis sit, & esse debeat exemptum ab omnibus, & quibuscunq; oneribus, realibus, & personalibus, ac censu aliquo persoluendo prædicto D. Galeaz propter grauitates, & aduersitates, quas dictum Commune, & homines se substinuerunt à D. Marchione, ac tenuitatem, & paupertatem, in qua dictum Commune, & homines sunt; prout prædicto Excelso D. Galeaz satis est notum, vsque ad decem annos; vel saltem vsque ad tantum tempus, quod equum, & iustum videbitur prędicto Excelso D Galeaz, & quod soluere habeant annuatim per duos terminos florenos mille, videlicet, florenos quinque centum ad Festum S. Martini, & alios florennos quinque centum ad Pascha, vltra quem censum dictus D. Galeaz, & hæredes sui ab ipso Communi, & hominibus nihil petere possit.

Responsio Domini facta super primo capitulo suprascripto, &c.

Super primo capitulo, Placet nobis, & volumus Commune, & homines Casalis gratiosè facere exemptos, liberos, & immunes, ab omnibus, & quibuscunq; oneribus hinc ad annum vnum proximè venturum, sicut fecimus illos de Valentia fideles, & deuotos subditos nostros dilectos; disponentes vlterius dicto anno transacto prædictos Commune, & homines de Casali taliter tractare, quod de nobis poterunt meritò contentari.

Item, quod de damnis aliquibus factis per D. Marchionem, vel eius Officiales aliquibus de Casali in domibus sediminibus, vel aliquibus alijs rebus, Commune, & homines Casalis non possint molestari, vel inquietari ab ipsis, vel aliquo ipsorum, quibus damnum datum, vel factum esset, nec prædictus Excels. D. Galeaz permittat ipsos Commune, & homines Casalis inquietari, & molestari; saluo, quod si aliquis de Casali teneret aliqua bona mobilia, et immobilia aliquorum, quibus damnum, vel factum esset, quæ bona apparerent, quod illa bona teneantur restituere illi, vel illis, quibus damnum datum, vel factum esset.

Responsio Domini facta super capitulo secundo suprascripto.

Super secundo capitulo, Placet nobis, et volumus, quod omnia bona mobilia, et immobilia extantia, quæ per aliquos de Casali detineantur, et occupentur indebitè restituantur illi, vel illis, ad quem, vel ad quos bona ipsa dignoscentur spectare de Iure. Pro alijs verò, quæ Marchio fecisset, vel fieri fecisset, nolumus

Com-

Commune, & singulares personas aliqualiter molestari.

Item, quod omnes homines de Casali, vel aliundè, quæ habitans, & habitabunt in Casali teneantur, & debeant secundum extimum sui registri, soluere fodra, colletas, ac taleas, & omnia debita, quæ dictum Commune, & homines Casalis, aliquibus dare debent, & soluere, & de cętero habebunt, vel continuabunt cum Communi, & alijs hominibus Casalis. Et adhuc prædictus Excelsus D. Galeaz ipsos cogi facere teneatur.

Responsio Domini facta super capitulo tertio suprascripto, &c.

Super tertio capitulo, Non esset conueniens, quod illi, qui hactenus steterunt extrinseci, & expulsi de Terra Casalis, ad onera præteriti temporis teneantur, sed benè volumus, quod omnes Terrigenæ, qui Terram Casalis sub nostro dominio habitabunt, teneantur soluere omnia fodra, collectas, Taleas, & alia onera, quæ per dictum Commune Casalis quandocunq; imponi continget.

Item, quod omnia bona, & singulares res hominum de Casali, quæ detinentur per dictum Marchionem, vel Officiales suos Terras, & possessiones liberè dictus D Galeaz teneatur, & debeat facere restitui illis personis, & hominibus, quibus dictæ possessiones, & Terræ, ac bona fuerint ablata.

Responsio Domini facta super capitulo quarto infrascripto, &c.

Super quarto capitulo, Placet nobis, & volumus vnicuiq; restitui facere id, quod ad se de iure spectabit. Illa verò, quæ ad Marchionem Montisferrati quoquo modo de iure spectarent ad nos volumus pertinere.

Item, quod Crimen læsæ Maiestatis, proditionis, homicidij, adulterij, & violentiæ mulierum, stratæ ruptæ, & furti; & pœnæ ex ipsis criminibus procedentes pertineant, & sint prædicti D. Galeaz. Omnia autem alia crimina, & pœnæ ex ipsis criminibus procedentes sint, & pertineant ad cõmune, & ad homines Casalis, quæ pœnæ imponi debeant secundum statuta Communis Casalis, & ipsis statutis deficientibus secundum Ius commune.

Responsio Domini facta super quinto capitulo suprascripto, &c.

Super quinto capitulo, Placet, saluo quod vltra contenta in dicto capitulo volumus, quod omnes pęnæ impositæ, & condemnationes factæ propter commissa in personas Officialium nostrorum, & famulorũ suorum ad Cameram nostram debeant applicari, quia sic seruatur in omnibus alijs Ciuitatibus, & Terris nostris.

Item, quod prędictus Mag. D. Galeaz teneatur & debeat toto suo posse, quam citius ei videbitur, sic facere cum effectu, quod Castrum, & Roccam, quam D. Marchio habet in Casali, & omnia Castra, & Terræ circunstantes; & circunstantia loco Casalis, quæ, & quas dictus D. Marchio tenet, reducantur ad iurisdictionem, & pro iurisdictione dicti D. Galeaz.

Responsio Domini super sexto capitulo suprascripto.

Super sexto capitulo, Placet nobis, & volumus ad recuperationem Castri, & Rocchæ Casalis, & omnium Castrorum, & Terrarum, de quibus fit mentio in dicto capitulo, intendere toto nostro posse pro euidenti commodo, & honore nostro, & dictæ Terræ Casalis.

Item, quod si contigerit prædictum Mag. D. Galeaz habere Castrum, & Roccam Casalis, & vellet alias fortalitias facere, quæ nunc sunt, quod homines Casalis sint exempti, & communè realiter; & personaliter ab opere, quod in dictis Castro, & Rocchetta prædictum Mag. D. Galeaz facere contigerit.

Responsio Domini super septimo capitulo suprascripto.

Super septimo capitulo, Si contigerit nos aliquid facere de contentis in dicto capitulo faciemus taliter, quod Commune, & homines Terræ Casalis non habebunt iustam materiam conquerendi.

Item, quod nullus de Casali occasione alicuius debiti, quod alicui dare deberet, possit citari, extra iurisdictionem Casalis.

Responsio Domini super octauo capitulo suprascripto.

Super octauo capitulo, Placet, quia sic seruamus in omnibus alijs Ciuitatibus, & Terris nostris. In nobis tamen potestate retenta faciendi, prout nobis in casibus occurrentibus expedire videretur.

Item, quod omnes de Casali existentes carcerati in locis prædicti D. Galeaz, prædictus D. Galeaz faciat ipsos liberè relaxari.

Responsio Domini facta super nono capitulo suprascripto.

Super nono capitulo, Pro eo, quod ad nos spectet sumus contenti, quod dicti carcerati liberè relaxentur. Pro eo verò, quod spectaret ad aliquos stipendiarios nostros placet nobis, quod Officiales nostri tractent cum stipendiarijs ipsius, quod dicti carcerati meliori modo quo fieri poterit liberentur.

Item, quod omnes stipendiarij de Terris singularibus D. Marchionis existentes Casali, possint, & debeant liberè, & impunè à loco Casalis se supportare, Dummodo illos omnes confinatos, quos habet D. Marchio in Monteferrato, & omnes aliæ personæ de Casali, quæ sunt in Monteferraro, & detinentur in locis D. Marchionis, & omnia alia bona hominum de Casali, & quæ homines de Casali habent in locis D. Marchionis liberè relaxentur; ita, & taliter, quod impunè possint venire Casali.

Responsio Domini super decimo capitulo suprascripto.

Super decimo capitulo. Placet.

Item, quod dictus D. Galeaz non possit, nec debeat vllo tempore, locum, Terram, & homines Casalis, nec etiam sui hæredes aliquo iure, vel causa, vllo genere alienationis in alium transferre, sed perpetuò dictum locum, & iurisdictionem Casalis ad suam, & sub sua iurisdictione, & hæredum suorum tenere sub conuentionibus prædictis; quas conuentiones prædicti Sindici nomine dicti Communis prædictæ Magnificæ Dominationi dicti D. Galeaz petunt, & requirunt de gratia speciali sibi fieri, & concedi per dictum D. Galeaz, & hæredes suos, maximè in tantum, quantum vestræ Dominationi videbitur æquè, & iustè.

Responsio Domini super vndecimo capitulo suprascripto.

Super vndecimo capitulo. Placet.

Item cum satis sit notum, prædicto D. Galeaz, quod Commune, & homines Casali sint pauperes, dicti Sindici nomine quo supra requirunt, quod sic velit fa-

cere

cere cum effectu, quod in dicto loco Casalis sint victualia necessaria Casali; & quod ipsa victualia faciat præstari hominibus ægenis pro pretio competenti, vsque ad tempus congruum, quod eidem videbitur conuenire.

Responsio Domini facta super duodecimo capitulo suprascripto.

Super duodecimo capitulo. Prouidebimus; quod Casali erunt victualia in tanta quantitate, quod vnusquisq; de eis poterit habere abundanter.

L'anno predetto, Galeazzo figliuolo di Manfredo Secondo Marchese di Saluzzo, ancora egli mancò della fede data al Marchese Giouanni dal padre, e si fece inuestire da Galeazzo Visconte di tutta la Valle Sturana.

L'anno millesimo trecentesimo septuagesimo primo, del mese d'Aprile, il Conte Lucio di Lodi con cinquanta milla fiorini si condusse col Marchese Giouanni, per quattro mesi, cioè Maggio, e li seguenti, per far guerra contro Galeazzo.

L'anno millesimo trecentesimo settuagesimo secondo, il Marchese di Saluzzo richiesto per Amedeo Conte di Sauoia à fargli l'homaggio, ricusò di farlo; ma si fece Vassallo di Bernabò Visconte; & in questa discordia, Bernabò mandò nel Piemonte cinquecento lancie Italiane contro Amedeo. Perilche esso Amedeo mandò Gaspardo di Montemargiore, Caualliero, Vassallo suo, à dolersi col predetto Bernabò, dal quale nõ potè hauere altra risposta, solo che douesse dire al Conte Amedeo, che frà pochi giorni Galeazzo Visconte suo fratello haueua deliberato mandare à mettere il campo in Asti, e che pigliando detta Città, come speraua, saria bisogno, che il Conte di Sauoia, con li suoi andassero à stare oltre li monti. Questa ambasciata fece molto dubitare Amedeo, e gli diede gran paura, & affanno, ne dopò lunghi, & varij pensieri, e discorsi vi conobbe altro rimedio, solo mettere il Pontefice in sospetto, contro Bernabò, e Galeazzo Visconte. Et per questo mandò vno delli suoi da Papa Gregorio XI. il quale poiche gli hebbe narrato la comminatione, che haueua mandato à fare Bernabò Visconte ad Amedeo, gli soggiunse, che quando Sua Santità non fosse bene auertita, Galeazzo Visconte pigliaua la Città d'Asti, & andaria poi à Genoua à farsi Signore di essa Città, & hauendo questi due passi, per li quali, e per mare, e per terra i luoghi della Chiesa si poteuano soccorrere, miraria poi à infestargli. Et in vn medesimo tempo, senza scoprire le predette cose al Marchese Giouanni, mandò da lui in Asti, à fargli intendere, che volontieri parlarebbe con lui di cose ben importanti, e che erano in beneficio suo. Il Marchese à questo fece risposta, che in breue andaria al luogo suo di Chiuasso, doue deliberaria quanto gli paresse di fare, e così frà alquanti giorni vi andò. Amedeo intesa la venuta sua à Chiuasso, mandò molte volte vn suo Scudiero à richiederlo volesse andare al luogo di Riuole, della Diocesi Taurinense, nel Castello, doue gli haueua fatto apparecchiare, perche desideraua molto parlarli presentialmente. Onde il Marchese ripensando le cause, quali potessero indurre esso Conte à richiedere tanto solecitamente l'andata sua à Riuoli, ne sapendo per alcuna congiettura imaginarle, mandò Bogeri della Sala suo Secretario dal Conte Amedeo ad inuestigarle prima, che si volesse mettere in camino. Pur poco operò, poiche il Conte non volse scoprirsi con lui. Anzi fece instanza, che scriuesse al Marchese Giouanni, essortandolo à trouarsi à parlamento con esso Conte. Doue il Marchese vedute le lettere del Secretario suo, deliberò di sodisfare alle richieste del predetto Amedeo; e non ostan-

ostante, che egli fosse alquanto infermo, andò da lui à Riuoli, e condusse seco Petrino, e Bartolomeo di San Giorgio Conte di Biandrà, Henrico di Ceresето, Giouanni Braida, Marcone di Bremide, Bertolotto da Trino, e molti della Corte sua, doue fu honoratamente raccolto da detto Conte. Il qual essendo al parlamento con lui, gli replicò quanto gli haueua mandato à dire per il Scudiero suo, e non facendoli alcun motto delle comminationi, che gli haueua mandato à fare Bernabò Visconte, e della paura, che lui haueua, gli disse, che se voleua colligarsi con lui e prometterli di non far pace, senza consentimento, e voler suo, romperia la guerra à Bernabò, e Galeazzo Visconte, con conditione, che le Terre, quali si guadagnarebbero per le genti sue, ò fossero naturali del dominio di Monferrato, ò altrimenti, douessero essere sue insolidum, e che di quelle, che si acquistarebbero per le genti di esso Marchese ne hauesse le due parti. Al Marchese, al quale non era peruenuta notitia, che Galeazzo Visconte facesse alcun apparato di guerra per andargli ad espugnare la Città d'Asti, parse tal dimanda assai fuor di ragione, e l'altre conditioni esser fuor dell'honesto, e però non gli volse consentire. Anzi si partì da Riuoli senza altra risolutione, e se ne venne à Vulpiano; doue essendo giunto, il Conte, il quale ancora non era senza paura, e dubbio, che Bernabò, e Galeazzo Visconti non mandassero ad effetto le comminationi fatte per Bernabò, non lasciò di solecitare, che il Marchese Giouanni mandasse da lui vno delli suoi, per liquidare dette richieste. Il che esso Marchese non volse fare, perche conobbe, che il Conte Amedeo volendo difendersi copertamente, e per via indiretta, fece praticarlo, e richiederlo d'andare à parlare con lui.

L'anno predetto mccclxxij. il predetto Marchese essendo grauato d'infermità, nel castello di Vulpiano, fece il testamento suo, per il quale instituì herede della Baronia, e Marchesato di Monferrato Secondotto suo figliuolo primogenito, & oltre di ciò instituì suoi heredi nella Città, Castello, e distretto d'Asti, e luogo di Monteuico, li quali egli possedeua, Ottone figliuolo del Duca Henrico di Brunsueich. Secondotto, Giouanni, Theodoro, & Gulielmo suoi figliuoli per indiuiso, & eguale portione sustituendoli l'vno all'altro; ordinando ad essi suoi figliuoli, delli quali al tempo della morte sua Theodoro tertiogenito non eccedeua l'età d'otto anni, in tutore, e curatore il memorato Ottone Duca di Brunsueich, con amplissima bailia, e facoltà di regere lo Stato, per finche ogn'vno di essi figliuoli fosse arriuato all'età di anni vinticinque, come più difusamente si contiene nell'originale testamento, rogato da Giacomo Capella di Liuorno Nodaro del predetto Sig. Marchese Giouanni, il cui tenore è questo.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCLXXII. Indictione decima, die Martis nono mensis Martij, Actum in Castro Vulpiani, in Camera Cubiculari infrascripti D. Marchionis. Præsentibus testibus ad hoc vocatis specialiter, & rogatis, Venerabile, & sapientibus Viris D. Francisco Merzario de Monteuico decretorum Bacchalario, Canonico Astensi Vicario, Magistris Galuagno Maglano de Cherio, Balengioto Naseto, Hugone de Albinis de Montecalerio, Sato de Asclerijs de Pontesturiæ Phisicis, Nob. Viris Petrino filio Bartholomæi de S. Georgio ex Comitibus de Blandrato, Vberto filio Bauduini de Rocchetta ex Marchionibus Incisæ, Ioanne filio quond. Francisci de Braida ex Dominis Montilij, Antonio Amedei de Clauasio Scutiferis, & Bartholotto de

ferratijs de Tridino Cancellario præfati D. Marchionis. Quorum præsentia Illust. Princeps, & D. D. Ioannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius, filius quond. Illust. Principis, & D. D. Theodori excellentiss. Imperatoris Græcorum Porphirogeniti Marchionis Montisferrati, dudum prouidi discretione, & sancta deuotione præcogitans, & mente reuoluens illud Euangelicum, Vigilate, quia nescitis diem, neque horam, suum ordinauit testamentum, & per Gulielmum Bauam de Grazano dictum Bergeri Cācellarium suum scribi fecit, quamuis ipsum testamentum in formam publicam nundum recipi, tradi, vel redigi, per Notarium publicum præcepisset. Et ideò in testium præfatorum præsentia, annuente Auctore sospitatis, mente, cordeq; sanus, & compos, quamuis corporis infirmitatem perplessus in eius manibus habens, & tenens scripturam clausam, suoq; sigillatam sigillo, in qua eius testamentum, & voluntatem vltimam, manu dicti Bogeri asseruit fore descriptum, & descriptam, petito me Iacobino de Capella de Liburno Notario publico, & Cancellario suo, scripturam ipsam sic clausam mihi traddidit, atq; dedit. Dicens ore proprio; ego ordino, condo, & facio meum testamentum, & vltimam voluntatem; prout in præsenti scriptura clausa, & sigillata descriptum est, quod valere, tenere, & omnem roboris firmitatem habere volo, præcipio, & iubeo omni iure, modo, & forma, quibus melius, & efficacius fieri potest. Deinde iussit suprascribi nomina dictorum testium eorum manibus, & scripturam ipsam eorum sigillis coram sigillari; excepto, quod Ioannes de Montilio non se subscripsit, neq; sigillauit, quam scripturam, seù quod testamentum in scriptis aperiri debito modo præcepit per Illustrem Consanguineum suum D. Ottonem Ducem Brunsuicensem, seù cum eius voluntate, videlicet, quintadecima die postquam ipsum D. Marchionem contingeret ab hoc seculo transmigrare. Mandans, & præcipiens mihi iam dicto Notario, vt contenta in dicta scriptura, seù in dicto testamento in scriptis redadam in formam publicam, & de ipsis conficiam publicum instrumentum.

Quapropter anno Natiuitatis Domini MCCCLXXVI. Indictione decimaquarta, die Dominica vigesima septima, mensis Ianuarij, in Ciuitate Ast. in Palatio habitationis Illustrium Dominorum Secundiottonis Marchionis Montisferrati, & Ottonis Ducis Brunsuicen. præsentibus testibus ad hoc vocatis specialiter, & rogatis, Sapientibus Viris D. Ottolino de Ghislabertis de Montebarucio, Fratino Guarleta de Ast, Antonio de Siluestro de Corgnatò Legum Doctoribus, Stephano de Ceresero Iurisperito Vicarijs, Egregio, & Nob. Viris Ysnardo Marchione Malespinæ, Nicolello ex Dominis Cauagnolij, Simone ex Dominis Gabiani, Dominico ex Dominis Montilij Consiliarijs, Bonifacio de Roccherta ex Marchionibus Incisæ, Antonino ex Dominis Gabiani, Bartholomæò ex Dominis Montilij, Antonio ex Dominis Montaboni Scutiferis prædicti D. Marchionis, Albertono de Prato de Montecaluo, & pluribus alijs.

Quorum præsentia Illustris Princeps D. Otto Dux Brunsuicensis Gubernator, & administrator, ac tutor Illust. D. Secundottonis Marchionis Montisferrati, necnon Ioannis, Theodori, & Gulielmi fratrum ipsius D. Marchionis. Volens

testa-

Siluestro-

testamentum, seù scripturam, in qua descriptum est testamentum Illust. D. Ioannis Marchionis Montisferrati quondam piæ Venerabilisq; memoriæ aperire, & modo debito publicare, vt voluntas ipsius D. Testatoris adimpleatur, quam prius hoc facere nequiuerit grandibus alijs præpeditus, conuocauit testes, qui suprascripserunt, & sigillauerunt, scripturam testamenti prædicti. Ex quibus Magistri Galuagnus, & Santus Phisici, Petrinus de S. Giorgio, Vbertus de Rocchetta, Antonius Amedei, Ioannes de Montilio, & Bertholottus de Tridino. Alij tres non potuerunt interesse propter vnius mortem, & aliorum remotam absentiam; constituti in præsentia præfati D. Ducis, & testium prædictorum, recognouerũt dictam scripturam, ac sigilla, & suprascriptiones eorum, protestantes, & confitentes ipsam eandem fore scripturam, in qua prædictus Illust. D. Ioannes Marchio quondam suum fore descriptum asseruit testamentum, & quam ipsi testes suis manibus suprascripserunt, ac suis sigillis, vt præmittitur sigillarunt. Necnon, & Bogeri Cancellarius prædictus similiter ibi presens dixit, & confessus fuit ipsam eandem fore scripturam, quam de mandato prędicti D. Marchionis quon. propria manu scripsit.

His si quidem sic peractis, testamentum ipsum per me Iacobinum de Liburno Notarium infrascriptum, in prętatorum Dominorum Secundottonis Marchionis, & Ottonis Ducis, & Vicariorum, Consiliariorum, Scutiferorum, & Nobilium testium prædictorum præsentia, apertum, lectum, & diuulgatum, & publicatum fuit, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur, vt infra.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen, & Sanctæ gloriosæ Virginis Mariæ, Sancti Michaelis, Sancti Ioannis Baptistæ, & Sanctæ Catharinæ Virginis, & totius Curiæ cœlestis amen. Quoniam imbecilitas compositionis humanæ, dum peregrina vehitur per tenebras huius ęui, licet in eius vanis prosperitatibus glorietur, tamen sic assiduis morsibus angustijs, & languoribus inuisibilibus corroditur, & torquetur, quod demum, & plerumq; repente cogitur ingredi finem mortis, quę ipsorum prosperorum fallacem gloriá turpiter abijcit, & prosternit; cùm nihil sit ipsa morte certius, & nihil incertius eius hora. Igitur Illust. & Mag. D. D. Ioannes Marchio Montisferrati, &c. sanus mente, licet corporalibus aliquibus passionibus vrgeatur, sciens se fore huiusmodi periculis circundatum, & ad conspectum iusti Iudicis de hoc seculo transiturum; voluit saluti suæ animæ prouidere, & suam bonorum, & rerum dispositionem per hanc eius vltimam voluntatem, & per præsens testamentum nuncupatiuum sine scriptis facere studuit, ac condidit in hunc modum. In primis quidem, & ante omnia deuoto, & compuncto corde recommendauit animam suam Deo altissimo Creatori, & Redemptori suo. Item elegit. Item legauit. In nomine Domini amen. Item ad exonerationem animæ suæ, & vt cuilibet ab ipso D. Marchione recipere, vel habere debenti qualitercunq; de iure possit fieri satisfactio debita, & condigna. Ipse D. Marchio totum eius Marchionatum, & omnia, & singula Castra, loca, bona, & iura sua, deponit, & ponit, & posuit in manibus Sanctiss. D. D. N. Papæ Gregorij, tanquam Domini sui, & Vicarij Iesu Christi. Etiàm

de

e ipso Marchionatu, quàm castris, locis, bonis, & Iuribus suis, se ex nunc spo-
auit, & denudauit, omnia dimittens in manibus dicti D.N.Papæ, videlicet, tali
modo, per dictum D.N.Papam deputentur, & ordinentur duo Cardinales, qui
udiant in Auinione quascunq; personas tàm inobedientes, & rebelles dict. Do-
mino, quam sibi obedientes, & fedeles de omnibus, & singulis petitionibus, que-
lis, & requisitionibus, quas vsq; ad vnum annum proximum post decessum
cti Marchionis immediatè sequentem facere, vel proponere voluerint. Dein-
audiant, & videant iura, & rationes, & causas dicti Domini, & filiorum, & pri-
legia Imperialia, & alias probationes opportunas; postea judicent, & cogno-
ant infra tempus dicti anni, quid sit iustum. Et ipsorum sententia, & cogni-
o executioni mandetur per dictum D. N. in cuius manibus iam sunt omnia
ona dicti D. Marchionis. Et vt pro modica summa non grauentur, petere vo-
ntes de itinere Auinion; contentatur ipse D. Marchio, quod dicti duo Cardi-
les substituant vna sufficientem personam pro eis in partibus dicti Marchio-
tus, & in Ast, quæ illam eandem potestatem, & auctoritatem habeat in om-
bus causis, & casibus, quam ipsi D. Cardinales habebunt, ad audiendum quas-
nq; personas, petere, volentes vsq; ad summam florenorum centum pro quo-
et, vel ab inde infra. A. summa verò florenorum centum supra, teneatur
libet petere volens, petere in Auinion. coram dictis D. Cardinalibus tali etiam
odo, quod quilibet petens vbicunq; petat, teneatur satisdare de stando iuri, &
stando ad pœnam talionis, vt si iniustè peteret, non lætetur de grauamine
istra facto. Post verò finem dicti anni, teneatur dictus D. N. Papa dictum
archionatum, & omnia Castra, bona, loca, & iura prædicta restituere, relaxa-
dimittere & liberare filijs dicti Domini, & sui heredibus infrascriptis; exceptis
men illis bonis, quæ per sententias prædictorum adiudicaret, vel dari manda-
aliquibus petentibus, prout supra, & ex nunc, prout ex tunc ipse D. Marchio
ito dicto anno, dictam depositionem, spoliationem, & denudationem factam
prædictis omnibus, in manibus dicti D. N. Papæ reuocat, & annullat. Et fi-
s suis infrascriptis per modum infra scriptum applicat, & reducit in totum,
æterquam in his duntaxat, de quibus per dictos D. Cardinales, vel substituen-
s ab eis, vt supra, sententia proferetur contra eum. Requirit autem dictus
Marchio dictum D. N. Papam, quod ad prædicta omnia dignetur eligere, &
putare D. Cardinales Penestrinum, & Nouelletti. si sibi placet, & si ei non
cet, alios duos, qui sanctitati suæ placeant, & sint grati. Item cum S.D N.Pa-
Vrbanus quondam bonæ memoriæ, cuius animam habeat omnipotens, orè
oprio concesserit, & gratiam faciendo, dispensauerit cum ipso D. Marchione
o eo specialiter, quod dictus Marchionatus est sub diuersis Diœcesis, & Epi-
opis, quod pro bius incertis malè habitis, & ablatis possit ipse D. Marchio fa-
e, & dotare in suo Marchionatu prædicto, Monasterium vnum de Fratribus
odecim, inter quos sint Sacerdotes octo, qui continuis temporibus celebrent
ssas, & alia Diuina obsequia, in remedium animæ dicti Domini. Requirit
m D. Marchio prædictum D.N.Papam Gregorium, quod dignetur dictam
concef-

concessionem, & gratiam & dispensationem confirmare, & renouare. Et voluit, & ordinauit, quod dictum Monasterium fieri, & ædificari debeat, in recompensationem, & satisfactionem incertorum suorum de Fratribus duodecim, prout supra, sub illa Regula, & Ordine, quo dictus D Papa disponet. Qui Fratres teneantur semper in sexta Feria ieiunare, & etiam in qualibet septimana perpetuò in tali die, qua erit Festum Annunciationis Beatæ Mariæ, & teneantur vltra horas solitas diei, dicere quotidie Horas, & Orationes, secundum morem dicti Domini in remedium animæ suæ. Et non possint comedere de carnibus vnquã in secunda Feria, nec in quarta Feria. Et licet dictus Dominus solium dicti Monasterij facere prouidisset in Valle Sturiæ, vbi fecit plantari cerros arbores; tamen, quia posset periculum importare, voluit, & ordinauit, quod illud solium vendatur, vel permutetur, & quod alibi ædificetur in Marchionatu prædicto, vbi melius videbitur dicto Domino nostro. Et quod per ipsum Dominum nostrum deputentur redditus necessarij pro substentatione vitę dictorum Fratrum duodecim, & etiam aliarum duarum, vel trium personarum, quæ supersint negotijs dicti Monasterij, sicut dicto D. N. Papæ videbitur expedire, quos reditus emi faciat dictus D. N. per hæredem dicti Domini infrascriptum. Ad constructionem verò dicti Monasterij, & Ecclesiæ, & ædificiorum ipsius, ordinauit, & reliquit dictus D. Marchio florennos sex millia ex illis, pro quibus habet in pignore Ciuitatem Albæ, & locum Montisuici. Vult autem ipse D. Marchio, quod quilibet ex ipsis duodecim Fratribus habeat stantiam per se diuisam, & separatam, videlicet cameram, & recameram, & ortum, vel iardinetum paruum; alia sint omnia communia inter ipsos. Item cum idem D. Marchio supplicauerit dicto D. N. Papæ de mense Nouembris proximè præterito, in hæc verba. Exponit Sanctitati Vestræ deuotus Orator videlicet, Ioannes Marchio Montisferrati, quod in locis subscriptis sunt certi Prioratus, videlicet in Villa Cauagnolij Diœcesis Vercell. Prioratus Sãctæ Fidis, subiectus Abbatiæ Monasterij Conchu. Bathen: Diœcesis Ordinis S. Benedicti, qui Prioratus est solitus gubernari per vnum Priorem cum duobus Monacis.

Item in Monasterio Rocchæ Diœcesis Vercellen. est alius Prioratus, sub vocabulo S. Mariæ, dependens, & immediatè subiectus Abbatiæ Casæ Dei, Diœcesis Claremonten. Ordinis prædicti, qui etiam Prioratus est solitus gubernari per vnum Priorem.

Item in loco Clauaxij Diœcesis Hipporegien. est constructa quędam Capella sub vocabulo Sancti Michaelis, dependens à Monasterio Sancti Michaelis de Clusa, dicti Ordinis, Diœcesis Taurinen. quæ Capella gubernatur per vnum ex Monacis Monasterij antedicti.

Item in dicto Marchionatu est quidam Prioratus, sub vocabulo Sanctæ Mariæ, nuncupatæ de Ciæta, dictæ Diocœsis Vercellen. Ordinis S. Augustini, & habitus superioris cotæ lineæ, dependens à Præpositura Ecclesiæ Vezolani, Diœcesis prædictæ, solitus gubernari per vnum Priorem, & duos Canonicos Regulares, quodq; Marchio prædictus in augumentationem Diuini cultus, & pro

remedio

nedio, & salute animæ ipsius, & etiam prædecessorum suorum, dotare vult
oratum dictæ S. Fidis pro substentatione trium Monacorum in perpetuum,
a numerum consuetum, & superius descriptum. Prioratum verò prædictum
Roccha dotare vult similiter pro quatuor Monacis. Dictam verò Capellam
Clauaxio dotare vult pro vno Priore, & pro tribus Monacis. Dictam verò
clesiam Sanctæ Mariæ de Crea dotare vult pro tribus Canonicis Regulari-
s, vltra numerum solitum. Ità, & taliter, quod dicti Monaci, & Regulares
nonici augumentati teneantur, & debeant esse Sacerdotes, & celebrare assi-
è, nisi iustà causa cessante, pro animabus dicti Marchionis, & Prædecessorum.
in casu quo dicti Monaci, & Regulares Canonici non essent idonei, & con-
sationis honestæ, quod Superiores ipsorum locorum teneantur ipsos Mona-
s remouere, ad requisitionem Marchionis prędicti, & successorum à locis prę-
tis, & alios idoneos loco ipsorum amotorum subrogare, maximè cum loca
edicta sint vicina Terris inimicorum dicti Marchionis, quare pro parte dicti
archionis eidem Sanctitati humiliter supplicatur, quatenus dotandi Priora-
, & Ecclesias prædictas, & sub modo prædicto digneiur eadem Sanctitas ex
ta scientia, & de gratia speciali dicto Marchioni concedere licentiam specia-
n cum non obstautibus, & clausulis opportunis. Iterato idem Marchio sup-
cat dicto D.N pro remedio, & salute animæ suæ, vt dignetur facere sibi gra-
m supradictam. Et pro dotatione prædicta voluit, & ordinauit, vt infra vi-
icet, quod pro dotatione dictorum trium Monacorum augendorum dictæ
clesiæ Sanctæ Fidis; & pro dotatione vnius Prioris, & trium Monacorum
gendorum dictæ Capellæ S. Michaelis, dentur, & adiudicentur omnes domus,
ssessiones, res, & bona, quæ fuerant quondam Petri de Septimo, quæ sunt in
lla, Burgo, & posse Clauaxij, & quæ sunt ipsi Domino diutius per sententiam
nfiscata, quæ possessiones sunt modia clx. vel circa, & domus sunt quatuor
lcræ, & area vna magna. Et pro dotatione dictorum quatuor Monacorum
gendorum Prioratui prædicto della Roccha, dentur, & adiudicentur omnes
mus, possessiones, res, & bona existent. in Montebello, & in posse dicti loci,
æ fuerunt quondam Petrini de Alcherio de Castello, quæ sunt ipsius Domini
meræ deuoluta. Et pro dotatione dictorum trium Canonicorum augendo-
n Ecclesiæ S. Mariæ de Crea, dentur, & assignentur modia triginta sex posses-
num existentium in Tridino, quas tenebat Blaxius Moycius quond. cui præ-
us Dominus eas concesserat vsque ad eius beneplacitum. Et hoc ita, & tali-
, quòd in casu quo prædicta non sufficerent ad dotationes prædictas addit
litus sibi pertinentes de Molendino Gamanellæ Montisbelli. Et ex-nunc,
pùt ex tunc idem D. Marchio dat, & assignat prædicto per dictum modum
o dotationibus prædictis. Et si quid deficeret ad dotationem prædictam,
od non credit, teneatur eius hæres infrascriptus supplere, vsque ad sufficien-
m idoneam, & condignam.

Item voluit, & ordinauit, quod de reditibus dicti Domini, Terrarum Donearũ
archionatus sui, dentur, & capiantur omni anno floreni quinquecentum, qui

conuertantur, & diuidantur in conseruationem, & reparationem omnium Ecclesiarum, & hospitalium Monasteriorum, Terrarum, Donearum dicti Marchionatus in remedium animæ suæ. Ad quod executioni mandandum disponat, & ordinet dictus D.N.Papa sicut, ei videbitur, & placebit, duos, vel tres de fidelibus dicti Marchionatus.

Item voluit, & ordinauit, quod de reditibus dicti Domini Ciuitatis Asten. deputentur, & capiantur ante omnia libr. tercentum Asten. omni mense, quæ in remedium animæ dicti Domini, dentur, & distribuantur amore Dei, Conuentibus, & Ecclesijs Ast, in modum infrascriptum. Et illud, quod superabundabit de dictis libris trecentum distribuatur in alias elemosynas, & caritates amore Dei, personis miserabilibus, & indigentibus, vel Virginibus maritandis, vel in alias pias causas, secundum quod dicto D.N.Papæ videbitur; illi autem quibus debet prius dari omni mense de dicta summa librarum trecẽtum sunt hi.

Item cum dictus D.Marchio teneatur ex voto ire ad seruiendum pro spatio sex mensium cum centum hominibus combattentibus Ecclesiæ S. Ioannis Hierusalem de Rodes in partibus illis, & circunstantibus, voluit, & ordinauit, quod hæres suus infrascriptus, in casu quo idem D.Marchio illud perficere non possit in vita sua, teneatur ad illud complendum, & perficiendum per se ipsum, vel per alium, secundum formam dicti voti, & secundum dispositionẽ dicti D.N.Papæ.

Item cum idem D.Marchio teneatur ex voto ire, vel mittere ad visitandum locum sepulturæ S. Cattharinæ de Monte Sinay, voluit, & ordinauit, quod hæres suus infrascriptus teneatur, in casu quo nõ perficiatur per ipsum D. Marchionem, illud perficere, & adimplere per se ipsum, vel per alium, secundum dispositionem dicti D. N. Papæ, & secundum, quod possibile fuerit per partes infidelium pertransire.

Item cum dictus D. Marchio teneat Castrum, & locum Marcorengi, in quo putat Episcopum, & Ecclesiam Vercellen. habere debere de iure quartam partem, voluit, & ordinauit, quod dicta quarta pars emolumentorum, & redituum, quæ perueniret ad Castrum, & dominium dicti loci, detur, & dimittatur Episcopo Vercellen. & Ecclesiæ, vel plus si plus reperiretur dictam Ecclesiam habere debere de iure in dicto Castro, & loco. Nam pro eo, quod dictus locus est contiguus Terris offendentibus dictum Marchionatum iniquè, & iniustè, retinet dictus D.Marchio fortaliciam dicti loci, pro seruitute dicti Marchionatus, si tamen hoc erit de beneplacito, & consensu dicti D.N.Papæ.

Item cum dictus D. Marchio teneat Castrum Vulpiani pertinens ad Abbatiam, & Monasterium fructuarien. quod est clauis dicti Marchionatus Terrarum Canapicij. Et cum omnes fructus, obuentiones, & reditus dicti loci liberè dimittat, & relaxet Abbati, & Monasterio supradicto. Supplicat idem Marchio dicto D. N. Papæ, quod cum eo dignetur misericorditer dispensare, quod ipse, & sui hæredes, & D. Dux Brunsuicen. infrascriptus, cui dictus D. Marchio dictum Castrum donauit, possint dictum Castrum, iurisdictionem, homagium, merum, & mixtum Imperium eius pro securitate, & conseruatione Terrarum suarum,

suarum, & Marchionatus sui, licitè perpetuò retinente, dimittendo liberè dicto Monasterio reditus, fructus, & emolumenta pertinentes, & pertinentia dicto Castro, ita quod ipsa omnia habeant integrè sine diminutione quacunq;. Et si ex hoc placeat dicto D.N Papæ dari aliquod præmium dictæ Abbatiæ, & Monasterio; voluit, & ordinauit, quod suus hæres infrascriptus teneatur illud facere, & largiri in cambium, vel aliter secundum dispositionem dicti D.N.Papæ.

Item cum per priuilegia Imperialia idem D Marchio possit, & potuerit de iure imponere super subditos suos taleas, & exactiones, & alia onera realia, & personalia, sicut ex ipsorum privilegiorum scire plenè patet. Cumq; idem D.Marchio non voluntariè, si guerrarum necessitate cogente, pro defensione personarum, Terrarum, & iurium suorum, & Marchionatus sui taxauerit, & sæpè imposuerit fidelibus subditis suis dicti Marchionatus, certas taleas, impositiones, & exactiones, quæ singulis mensibus ipsi Domino persoluuntur, & forsitan certas alias, quæ aliter sibi dantur. Voluit, ordinauit, & mandauit, quod statim infra menses tres, postquàm Diuina misericordia pacem dederit, & concesserit dicto Marchionatui de guerra, seù guerris crudelibus, quas nunc habet, teneantur, & debeant filij, & hæres sui infrascripti, ipsas omnes, & singulas, cassare, tollere, quietare, remittere, & delere, & solummodò in dictos suos subditos illos fructus, redditus, prouentus, godias, emolumenta, obuentiones, pedagia, fodra, honores, regalia, vtilitates, commoda, & iura, habere, & retinere, quæ de iure, & ex antiquo, & per priuilegia sua habere, & retinere debent, & sicut fiebat ante guerras modernas. Et de ipsis debeant esse contenti; eò saluo, quod postquam de iure, & per sua priuilegia possunt hoc licitè facere, scilicet imponere, & exigere quæcunq; vellent, & necessitas incumbat; absq; eo, quod per hoc præsens testamentum & scriptum fuit aliquod præiudicium iuri suo. Et facta, seù habita dicta pace, dictus D. Marchio post dictos tres menses ex nunc, prout ex tunc, prædictas taleas, impositiones, & collectas, & exactiones per ipsum impositas, & superadditas; reuocat, tollit, quittat, remittit, cassat, & delet.

Item, vt Omnipotens misereatur animæ dicti Domini, voluit, & ordinauit dictus Dominus, quod remitti, & indulgeri debeat per filios, & hæredem suos infrascriptos, & per dictum DD. Ducem, & ex nunc ipse Dominus remittit, & indulget omnibus, & singulis subditis suis, qui sunt extra gratiam suam, occasione alicuius proditionis, machinationis, vel attentationis factæ contra ipsum Dominum, seù suspitionis habitæ, siue sint de Marchionatu suo, siue de Ast, et districtu, seù de aliquibus alijs Terris dicti Domini. Et ipsos omnes, & singulos tàm illos de Cocchonato de Casali, de Valentia, de Fraxinero, quàm omnes, & singulos forensitos de Ast, quàm etiam alios quoscunq; restituit ad suam bonam gratiam, & bonam voluntatē, & ad omnia bona, & iura sua, quæ reperiantur. Et hoc dummodo infra tres menses prox venturos veniant ad gratiam dicti Domini, vel filiorum, & ad obedientiam, quam sibi de iure facere tenentur, & sibi fidelitatem faciant, cum securitate per ipsos, & quemlibet eorum præstanda de perseuerando in legalitate, & obedientia sua, quæ securitas præstetur idonea, &

competens ad arbitrium, & cognitionem dicti D. N. Papæ, seù duorum Cardinalium prædictorum.

Item voluit, & ordinauit, quod Illustriss. D. Margarita eius filia nubat, & maritetur per dictum D. N. Papam cum consilio Illust. D. Elisabet consortis suę, matris ipsius D. Margaritæ, & cum consilio Illust. D. Ducis Brunsuicensis, & cũ consilio aliquorum fidelium dicti D. Marchionis, cum dote competenti, quæ sibi per subditos dicti Domini persoluetur, et in dicta dote, quæ sibi dabitur. Eam hæredem instituit, iubens ipsam de prædicta fore contentam, & habita ipsa dote teneatur renunciare omni iuri sibi competenti, vel si quod tunc ei competeret in Marchionatu prædicto, vel in hæreditate paterna.

Item voluit, & ordinauit, quod Illust. Consanguineus, & frater suus carissimus D. Otto Dux Brunsuicensis, &c. habeat omnia, & singula Castra, & loca, eidem alias donata, assignata, & deputata per dictum D. Marchionem, videlicet, Castra, & loca Verolengi, Caluxij, S. Raphaelis, Castagneti, Vulpiani, & Brandicij, cum pertinentijs, & iuribus ad ipsum D. March. pertinentibus in eisdem, & ipsa omnia, & singula sibi iterato confirmauit per præsens testamentum.

Item voluit, & ordinauit, quod per dictum D. N. Papam cum consilio dicti D. Ducis, qui melius nouit Terras, & facultates dicti D. Marchionis, & dicti Marchionatus quam aliquis alius, dentur, & assignentur Ioanni Theodoro, & Gulielmo filijs suis videlicet, cui ipsorum certa Castra, Terra, loca, & Signoriæ de illis dicti Marchionatus, quæ sint propria, & proprię ipsorum trium; & ita & taliter, quod quilibet ipsorum habeat sua, & suas per se in quantitate, quæ videbũtur dicto D. N. Papæ, & D. Duci prædicto. De quibus Terris, Castris, locis, & Signorijs teneatur quilibet ipsorum recognoscere Secundottum filium primogenitum dicti Domini; & hæredem dicti Domini infrascriptum, in Superiorem, & Dominum, & ei de ipsis omnibus fidelitatem, & alia facere, & præstare secundũ morem, & naturam feudorum. Et ipsos Ioannem, Theodorum, & Gulielmum, & quemlibet ipsorum in prædictis locis, Terris, Castris, & dominijs, quæ sibi dabuntur, & assignabuntur vtsupra, sibi hæredes instituit, tali modo, quod si contingat aliquem ipsorum ad spiritualia beneficia promoueri, pro quibus beneficijs possit percipere reditus annuales, vsq; ad valorem quatuor millia florennorum pro quolibet anno, tota Terra, & Castra, loca, & dominia illi sic promoto data, & assignata vtsupra, statim deuoluantur, & reuertantur ad Secondottum hæredem suum dicti Marchionatus infrascriptum. Si verò contingeret duos, vel tres ipsorum ad beneficia spiritualia promoueri, per modum prædictum, pro quolibet simili modo; Castra, loca, Terræ, & dominia, data, & assignata, prout supra ipsis sic promotis, statim deuoluantur, & reuertantur ad Secondottum hæredem prædictum infrascriptum. Si autem contingeret aliquem prædictorum Ioannis, Theodori, & Gulielmi, vel duos ex eis, vel omnes tres, decedere absq; filijs legitimis ex se descendentibus, & ætatem testandi legitimam attingentibus, similiter Castra, loca, Terræ, & dominia data, & assignata vtsupra, ipsis sic decedentibus statim ipso facto deuoluantur, & reuertantur ad dictum Secun-

dorum hæredem infrascriptum. Iubens prædictos Ioannem, Theodorum, & Gulielmum, & quemlibet ipsorum de prædictis simul cum alijs legatis infrascriptis forè contentos.

Item legauit, & reliquit prædictis D. Duci, Ioanni, Theodoro, & Gulielmo æqualibus portionibus restam quam habet super Ciuitate Albæ, & super loco Montisuici, quæ resta, detractis suprascriptis sex millibus florenorum, qui iam deputati sunt ad constructionem dicti Monasterij, est florennorum viginti millia. Et voluit, & ordinauit, quod de Marchionatu prædicto per dictum Secundottum dentur florenni sex millia prædictis D. Duci, Ioanni, Theodoro, & Gulielmo. Et voluit, & ordinauit, quod de reditibus Ast, dentur prædictis alij florenni sex millia, & sic erunt super totum florenni triginta duo millia, quos prædictis D. Duci, Ioanni, Theodoro, & Gulielmo æqualiter legauit, & reliquit, vt supra. Tali modo, quod in dictis florennis illi ex eis, qui superuiuent alios ex prædictis sibi æqualiter succedant ad inuicem.

Item voluit, ordinauit, & instituit, ac reliquit in Tutorem, & Curatorem prędictis Ioanni, Gulielmo, & Theodoro, & cuilibet ipsorum in omnibus suprascriptis, & infrascriptis; præfatum D. Ottonem Ducem Brunsuicensem ità, & tali modo, quod ipse possit res, & bona prædictorum Ioannis, Theodori, & Gulielmi, & cuiuslibet ipsorum in toto, vel in parte vendere, obligare, infeudare, inuestire, reuestire, confirmare, & transferre, & alia omnia bona, & negotia, res, iura, emolumenta, & reditus, ac obuentiones quascunq; administrare, regere, donare, transmutare, & remittere, ac merum, & mixtum imperium, & iurisdictionem omnimodam, & gladij potestatem exercere, & committere, & delegare, & alia quæcunq; facere, sicut ei placebit ad eius liberam voluntatem. Et quod ipsi, vel eorum aliquis non possint se de prædictis intromittere, quouis modo quousq; peruenerint ad ętatem legitimam viginti quinque annorum pro quolibet ipsorum. Et quando quilibet ipsorum attigerit ad ipsam ætatem, remaneat, & sit in libertate, & potestate sua iuridica contrahendi, & administrandi. Eò tamen saluo, quod toto tempore vitę dicti D. Ducis iubet, & vult ipse D. Marchio, quod dictus D. Dux sit ipsorum, & cuiuslibet eorum superior, & magister, & quod possit de Castris, bonis, & rebus ipsorum dum vixerint disponere, et facere pro libito voluntatis. Liberans, & absoluens ipsum D. Ducem ab inuentarijs, seù inuentariorum confectione, & ab omni ratione, vel computo reddendo, de administratione, & negotiatione prædictorum omnium, vel alicuius eorum: & ex nunc idem Testator quęcunq; continget in prædictis, & circa pręd.cta fieri per dictum D. Ducem, tàm post tempus, & tempora dictarum tutelæ, & curæ, quàm ante, vult, & iubet idem D. Marchio valere, & plenam firmitatem habere, & ipsa omnia, & singula approbat, & confirmat.

Item cum Regnum, & Ciuitas Salonicen. quæ per Illust. q. D. Gulielmum Marchionem Montisferrati donata fuerunt quondam Serenis Principi D. Andronico Imperatori Græcorum pro dote, & nomine dotis Illust. D. Violantis filiæ dicti quond. D. Marchionis Gulielmi maritatę in dictum D. Imperatorem,

ex

ex qua idem Imperator genuit Illust. Principem D. Theodorum patrem ipsius Testatoris, & filium vnicum dictæ D. Violantis, totaliter, & immediatè de iure pertineat ad prædictum D. Marchionem Testatorem prædictum filium vnicum dicti D. Theodori quondam. Cumq; Imperium prædictum Græcorum videlicet, Constantinopolitan. & Romaniæ de iure pertineret ad eundem D. Theodorum filium dicti D. Imperatoris, per testamentum factum per dictum D. Imperatorem Andronicum, & etiam pro eo, quod Andronicus filius quondam Michaelis filij primogeniti dicti Imperatoris Andronici se rebellauit, & diù gueram magnam fecit dicto D. Imperatori, & tandiù, quod ipsum D. Imperatorem Auum, & Dominum suum personaliter cœperit in Ciuitate Constantinopoli, habito tractatu, & gentium congregatione. Deinde cum incarcerauit, & oculis corporalibus priuauit, et cæcauit, et tandem morti tradidit. Ita, quod tàm per sententiam per ipsum D. Imperatorem ante captionem suam prolatam, et datam oretenus, et in scriptis contra dictum Andronicum nepotem suum, quam per nefanda scelera per ipsum Andronicum commissa in personam dicti Imperatoris Aui, et Domini sui, sacram, et reuerendam, idem Andronicus nefarius prædictus priuatus fuit, et cecidit ab omni iure, tàm hæreditario, quàm particulario, quàm alio quocunq; quod sibi in dicto Imperio quomodolibet peruenisset, et sic de iure pertineat ad ipsum Testatorem vnicum filium dicti quondam D. Theodori, supplicat, & requirit idem D. Marchio Testator prædictus dicto D. N. Papæ, vt ipsa Imperium, & Regnum cum plenitudine iurium ipsorum, dignetur tradere, concedere, & deputare, ac confirmare illi, vel illis, ex filijs dicti Testatoris videlicet, Secundotto, Ioanni, Theodoro, & Gulielmo, ac prædicto Illustri D. Duci si in comitiua vnius, vel plurium ipsorum accesserit, quod se disponet, vel qui se se disponent ad eundem in via armorum ad conquestum dictorum Regni, & Imperij, & ad ipsa subiugandum, & acquirendum cōtra iniustos, & indebitos occupatores, & detentores ipsorum, cum solemnitatibus, grâtijs, auxilijs, beneficijs, immunitatibus, & priuilegijs opportunis. Ita, & taliter, quod illi ex prædictis quatuor filijs suis, & dicto D. Ottone, qui intererunt conquestæ, & acquisitioni prædictorum Imperij & Regni, vel alterius ipsorum, vel partis eorum, illa quæ de prædictis acquirent, subiugabunt, conquestabunt, & de manibus impiorum detinentium amputabunt, sibi communicetur, & æqualiter diuidant inter ipsos. Quos ex prædictis quinque sic conquestantes, & acquirentes ipse D. Marchio Testator præfatus cum beneplacito, & consensu dicti D. N. Papæ sibi in dictis Imperio, & Regno hæredes instituit, & ad inuicem substituit æqualibus portionibus, prout supra. Eo tamen saluo, quod si vnus tantum ex filijs ipsius Testatoris accederet ad conquestum prædictum, & dictus D. Dux esset cum ipso, & cum Dei gratia ipsi ambo subiugarent, & conquestarent dictum Imperium, & dictum Regnum, eò casu ille filius dicti Testatoris, qui esset ad prædicta, habeat dictum totum Imperium, & dictus D. Dux habeat dictum Regnum, & sic ipsos dicto casu hæredes instituit in prædictis. Si verò ad conquestum prædictum (dante Deo) fiendum, accederent duo ex filijs dicti Testatoris,

ratoris, absque dicto D. Duce, & cum auxilio Dei recuperarent dictum Imperium, & dictum Regnum, eo casu maior tempore ipsorum duorum habeat dictum Imperium, & minor tempore habeat dictum Regnum, & sic per istum modum eo casu prædictos duos filios suos sibi hæredes instituit in dictis Imperio, atque Regno.

Item cum Ciuitas Astensis cum districtu, pertinentijs, & iuribus suis fuerit per Serenis. D.N.D. Carolum Imperatorem Romanorum semper Augustum, & Boemiæ Regem, tàm ore proprio, & facie ad faciem, quàm per priuilegiorum præceptionem tradita, & concessa in Vicariatum prædicto D. Marchioni pro se, & suis hæredibus irreuocabiliter, & in perpetuum. Ipse D. Marchio dictam Ciuitatem Ast, cum districtu, pertinentijs, & iuribus vniuersis ad eam quouis modo spectantibus, & Officium Vicariatus prædictum cum rediribus, godijs, introitibus, officijs, honoribus, & regalibus, quibuscunq; & exercitum meri, & mixti imperij, & iurisdictionis omnimodę, ac gladij potestatem, & gubernationem eiusdem Ciuitatis, & districtus ad honorem, exaltationem, & bonum statum dicti D. Imperatoris Domini sui, & Sacri Romani Imperij, legauit, & reliquit communiter, & indiuisibiliter tàm in Ciuitate, quàm in redditibus omnibus, & officijs quibuscunq; Secundotto filio suo primogenito, & D. Ottoni Duci iam dicto, & Ioanni, Theodoro, & Gulielmo filijs suis; ita, & taliter, quod ipsam Ciuitatem Ast cum omnibus supradictis, ipsi quinque simul, & pro indiuiso, perpetuò æqualiter habeant, regant, gubernent, & custodiant. Et ipsos quinque quantum sua interest, & de iure potest, sibi simul, & coniunctim, ac pro indiuiso vt supra, hæredes instituit, & ad inuicem sibi ipsis substituit. Ita, & taliter, quod ipse D. Dux quousq; prædicti Secundottus, Ioannes, Theodorus, & Gulielmus peruenerint ad ætatem annorum vigintiquinque, sit tutor, curator, rector, administrator, & magister solus omnium prædictorum, sicut in capitulo suprascripto, in quo de tutela, & cura dictorum Ioannis, Theodori, & Gulielmi fit mentio, plenius continetur. Eo tamen saluo, quod si contingeret aliquem, vel aliquos prædictorum ad spiritualia beneficia promoueri, & sacros ordines assumere, remaneat communiter, & indiuisibiliter dicta Ciuitas cum omnibus in præsenti capitulo contentis, alijs filijs suis prædictis secularibus tunc viuentibus, videlicet Secundotto, Ioanni, Theodoro, & Gulielmo, scilicet illis tantum ex eis, qui tunc seculares existerent, ita quod ipsi sic promoti, & assumpti non possint postea de ipsa Ciuitate, iuribus, & intratis, & godijs eius aliquid petere, vel habere, seù de ipsis se intromittere.

Item cum virtute concessionis Imperialis, idem D. Marchio licite potuerit impositiones, taleas, & collectas imponere in Ciuitate, & districtu Ast. Cumq; non ex voluntate propria, sed guerrarum necessitate cogente, & prauis machinationibus, & sinistrationibus plurium ciuium dictæ Ciuitatis Ast interuenientibus idem D. Marchio pro defensione, & custodia dictæ Ciuitatis, & districtus Ast, coactus fuerit vltra solitos, & antiquos redditus, & vltra vsitata regalia emolumēta, & pedagia dictæ Ciuitatis, alias certas impositiones augere, & superaddere,

ac

ac exigere videlicet, focha mensium, & alia certa fodra, & præsta, ac certa alia onera tàm realia, quàm personalia contra ipsius D. Marchionis bonam voluntatem, & intentionem capitatiuam; imò fuerunt, & sunt eidem D. Marchioni in sua mente valdè displicibilia, & molesta, sicut nouit Altissimus, cui omne cor patet. Voluit, ordinauit, & mandauit, quod statim infra menses tres, postquam (Diuina misericordia largiente) de guerris asperis nunc vigentibus peruenerint dicti D. Dux, & filij prædicti ad tranquilitatem, & pacem, debeant ipsa focha, & alia onera addita, tolere, quietare, remittere, & totaliter abolere; imò vltra hoc debeant stare, & remanere contenti de concordia, & compositione alias facta per dictum D. Marchionem, cum Ciuibus & sapientibus dictæ Ciuitatis videlicet de florennis quadraginta quatuor millibus auri, pro quolibet anno, & de cōdemnationibus, & alijs officijs honoribus, & regalibus tunc ipsi Domino reseruatis. Et omnes intratas reuas, pedagia, & alia quæcunq; dictæ Ciuitatis, & districtus pro prędictis florennis quadraginta quatuor in anno, & pro prædictis reseruatis, teneantur, & debeant dictis Sapientibus Ciuibus, Communi, & hominibus dictæ Ciuitatis, liberè relaxare, vt eas, & ea possint imponere, vel deponere, cassare, mutare, corrigere, vel mulctare, vel alias subrogare, prout suæ fuerit voluntatis, & prout eis melius videbitur expedire. Et ipsi D. Dux, & filij dicti Testatoris prædicti de ipsis redditibus, aut rouis amplius non se immisceant, nisi in recta iustitia, & libero dominio conseruandis. Eo tamen exceptato, quod dicti Ciues, & Commune non possint capitulare, neque alia facere, quæ præiudicent, vel derogent iuri, & dominio Sacri Imperij, & filiorum, & hæredum dicti Testatoris aliquo ingenio, vel colore. Et ex nunc, prout ex tunc videlicet facta, & habita dicta pace, vt supra, ipse D. Marchio prædicta omnia reducit, & restituit ad statum pristinum suprascriptum ab alijs omnibus superadditis, & adiunctis, eos liberans, & absoluens.

Item voluit, & ordinauit, quod Illustris D. Elisabeth filia quondam D. Iacobi Regis Maiorcarum vxor ipsius D. Marchionis, in casu quo post mortem dicti D. Marchionis velit cum dictis Secundotto, Ioanne, Theodoro, & Gulielmo filijs ipsorum iugalium, & dicto D. Duce remanere, & vitam honestam, & vidualem seruare, sicut competit statui, & honori suo, habeat victum, & vestitum, & alia opportuna pro se, & pro competenti comitiua, & familia sua honorabiliter, & decenter super bonis, & hæreditate hæredis sui infrascripti, secundum facultates dicti hæredis, quod quidem ordinetur, & disponatur per dictum D. N. Papam cum consilio D. Ducis. Et eo casu sit apud filios suos prædictos ad nutriendum, fouendum, et gubernandum sicut requirit debitum veræ matris? In casu autẽ, quo ipsa vellet ad secunda vota transire, seù apud ipsos filios suos, et D. Ducem remanere non vellet, ipse D. Marchio sibi reliquit, et legauit pro hæreditate sua illud, quod habuit ab ipsa, quod est, florenni decem millia cum illa additione, quæ competat pro dicta summa secundum totius dotis promissæ, quia licet ipse D. Marchio non potuerit habere, nisi prædictos florennos decem millia; tamen si promissi fuerant florenni quadraginta millia per Regem Aragonum Auuncu-

Auunculum suum in vna parte, & floren. triginta quinque millia super Baronia Montispesulani in alia parte. Et ipse Testator si habuisset prædictos florennos septuagintaquinq; millia, debebat facere sibi dotem de floren. centum millia, de quib. iam diù præceptum est instrumentum dotis; tamen ipse D. Marchio, non habuit vnquam nisi prædictos florennos decem millia; ita quod residuum, quod dictus D. Marchio nunquam habere potuit à dicta D. Elisabeth, seù ab alio pro ea, quod est floren. triginta millia in vna parte, & floren. triginta quinque millia, super Baronia Montispesulani in alia parte, reliquit, & legauit dictæ D. Elisabet. Et vltra hoc sibi reliquit in quocunq; casu omnia iocalia, & ornamenta sua, tàm auri, perlarum, lapidum preciosiorum, & argenti, quàm alia qualiacunq; ad suam cameram, & personam pertinentia quouis modo.

Item cum per Serenis. D.N. Carolum Romanorum Imperatorem prędictum data, & concessa fuerit Ciuitas Papiæ, cum districtu, iuribus, & pertinentijs suis omnibus, in Vicariatum irreuocabilem prædicto D. Marchioni, & prædicto D. Duci communiter, & pro indiuiso pro se se, & hæredibus eorum, sicut ex cõtinentia priuilegiorum dicti Domini plenè constat. Voluit, & ordinauit, si dante Dęo, quod exaudiat ipsa Ciuitas, possit quomodolibet in futurum extrahi, & erui à manibus Tyrannorum eam deuorantium, & ab ipsorum Draconum faucibus insatiabilibus liberari, quod pro medietate pertineat pro indiuiso ad ipsum Secondottum filium suum primogenitum, cum omnibus iuribus, fructibus, redditibus, emolumentis, & honoribus vniuersis. Et pro alia medietate pro indiuiso, vt supra ad prædictum D. Ducem Ottonem.

Item voluit, & ordinauit, quod dictus D.N. Papa de sui benignitate, dignetur, & velit retribuere, infrascriptis fidelibus seruitoribus dicti D. Marchionis, tàm de, & super bonis ipsius D. Marchionis, quàm de affluentia maxima gratiarum dicti D.N. Papæ, & ipsos omnes, & singulos in sua protectione, & gremio misericorditer confouere, amore dicti D. Marchionis, & pijssimę charitatis. Mandans, & volens, quod hæres suus infrascriptus sit adstrictus ad seruandum omnia, & singula, quæ dictus D.N. Papa fecerit, & disposuerit de prædictis, quorum nomina sunt hæc.

In Baronia verò Montisferrati, & in Marchionatu Montisferrati, & in alijs omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, realibus, & personalibus, vtilibus, & directis, mixtis, & hypothecarijs vbicunq; sint, & qualiacunq; sint, & quocunq; nomine censeantur, sibi hæredem vniuersalem instituit, & reliquit Secundottum filium suum primogenitum; ita, & taliter, quod solutis, seù restitutis his, quæ hinc ad vnum annum proximum pronunciabuntur, & sententiabuntur per dictum D. N. Papam, seù per dictos DD. Cardinales per ipsum deputandos, totum residuum dicti Marchionatus, & alia quæcunque iura dicti Domini, cum omnibus iuribus, & honoribus Vassallis, Terris, locis, castris, hominibus, & alijs regalijs quibuscunq; pertineat ad Secundottum prædictum. Cui Secundotto dedit, instituit, & reliquit in Tutorem, & Curatorem præfatum D. Ducem in omnibus, & per omnia, sicut supra in vno capitulo eum insti-

instituit, & reliquit prædictis Ioanni, Theodoro, & Gulielmo nihil addito, minuto, vel mutato, nisi sicuti stat dictum capitulum vsque in finem ipsius, cum hac tamen additione, quod Illust. D. Amedeus Comes Sabaudiæ nepos dicti D. Marchionis dum fuerit in Lombardia, & sibi placuerit, sic etiam Tutor dicti Secundotti, simul cum dicto D. Duce. Ita, quod ipsi duo habeant simul dictam tutelam, si dicto D. Comiti, dum erit in Lombardia placuerit, prout supra quousq; idem Secundottus compleuerit ætatem quatuordecim annorum integram. Et si contingeret (quod absit) dictum Secundottum decedere absque filijs legitimis ex se procreatis, & ad ætatem perfectam testandi attingentibus; eo casu sibi ex nunc substituit Ioannem filium suum secundogenitum si tunc superuiueret. Si verò dictus Ioannes tunc non viueret, sibi ex nunc substituit dictum Theodorum, si tunc superuiueret. Si autem dictus Theodorus tunc non viueret, sibi ex nunc substituit dictum Gulielmum, si tunc viueret, quæ substitutiones intelligantur locum habere, vt supra in personam illius maioris dictorum filiorum suorum, qui tunc viueret, seù filiorum legitimorum dicti filij si qui essét. Et si ad ætatem testandi legitimam peruenirent; & si qui non tunc essent, seù si non peruenirent ad ætatem testandi, eo casu cedat loco dicta substitutio, alij maiori dictorum fratrum tunc viuenti; si tamen Sacros Ordines non sumpsisset, & sic subsequenter de gradu in gradum maiori, & proximiori. Recomendans ipse D. Marchio Testator prædictus dicto D. N. Papæ dictos filios suos, & dictum D. Ducem, & Marchionatum prædictum, & Ciuitatem Ast, & omnia, & singula supradicta. Iubens, & mandans eisdem filijs suis, & dicto D. Duci, quod semper, & perpetuò sint fideles, & obedientes dicto D. N. Papæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et quod eidem D. N. Papæ, & S. Ecclesiæ adhereant, & ad eius mandata pacem, & guerram, & eius opera, & negotia faciant, ac præcepta. Supplicans etiam ipse D. Marchio Testator prædictus dicto D. N. Papæ, vt ipsos filios suos, & dictum D. Ducem, ac dictum Marchionatum, & Ciuitatem Ast, & omnia supradicta dignetur in eius guardia, custodia, protectione, & defensione suscipere contra quoslibet impugnantes.

Executores autem suos ad prædicta omnia complenda, & executioni mandanda. Et primo ad factum petitionum, & restitutionum, si quæ sibi fiant, & si sententiabuntur, vt supra fieri debere, elegit, & deputauit dictum D. N. Papam, & ad tradendum, et assignandum Terras pro se, Ioanni, Theodoro, et Gulielmo supradictis sicut superius continetur.

Ad constitutionem autem dicti Monasterij elegit, et deputauit executores suos, quos etiam elegit ad dotationem Prioratuum, et Ecclesiarum prædictarū.

Item ad perficiendum legata prædicta dictarum Ecclesiarum, Hospitalium, et piarum causarum.

Item ad exequendum omni mense in Ciuitate Ast, illud legatum librarum tercentum Astensium pro mense.

Item ad exequendum omni anno in Marchionatu Montisferrati illud legatum florennorum quinquecentum pro quolibet anno, et hanc, etc.

Primus

Primus Codicillus.

In nomine Domini amen. Anno, Indictione, die, loco, et testibus in folio lxxxvIII. descriptis.

Quia vsque ad vltimum vitæ spiritum vnicuiq; de bonis, & rebus suis disponere licitum est. Ideò Illust. Princeps, et D. D. Ioannes Marchio Montisferrati, Imperialis Vicarius, per gratiam Dei sanus, mente, licet corpore languens. Recolens se ordinasse, et per Bogeri Cancellarium suum scribi fecisse testamentum suum, mihi quoque subscripto Notario in testium præsentia tradendum in formam publicam commisisse, hoc eodem anno, Indictione, et die, præsenti codicillo ipsum testamentum omni iure, via, modo, et forma, quibus melius potuit, confirmauit, et approbauit, ac valere voluit, et habere plenam roboris firmitatem.

Item recommendauit animam suam, corpus, filios, et Terram S. D. N. Papæ sicut verus, fidelis, et obediens Christianus.

Item ordinauit, et voluit, quod Ecclesia S. Michaelis de Clauaxio mutetur, et fiat in vno loco honesto, vbi non noceat Castro, neque Burgo Clauaxij, seù fortalicijs ipsorum; et in honorem, et reuerentiam Dei, et B. Michaelis, sicut nunc stat, solummodò ad seruiendum dictæ Ecclesiæ vnus Monachus, disposuit, ordinauit, et voluit, quod ibi sint, et stent continuè vnus Prior cum alijs tribus Monacis, ita quod ibi fiat vnus Prioratus sub Abbatia S. Michaelis de Clusa Diecesis Taurinen. sub qua etiam modò est. Et dicti Prior, et Monaci possint Diuinis Officijs melius, & commodius interesse, legauit, & reliquit dictæ Ecclesiæ, seù dicto Prioratui, tàm pro faciendo dictam Ecclesiam, & permutando, quàm pro alijs necessarijs, & opportunis dicti Prioratui, Priori, & Monacis, omnes possessiones, & omnia bona, quæ erant quond. Petri de Septimo, quæ sunt in Burgo, & posse, ac districtu Clauaxij, & in loco, & posse Castigneti, quæ omnia sunt ipsi Domino confiscata. Retinens nihilominus ipse Dominus in se, & hæredes suos in, & super prædictis Prioratu, Priore, & Monacis, omne iuspatronatus, ita & taliter, quod illi, quos eliget, & p̄ntabit admittantur, & confirmentur per Abbatem, & Superiorem dicti Monasterij de Clusa. Etiam si essent tales, vel ponerentur per tempora, qui non essent grati, & non placerent dicto Domino, & hæredibus suis, mutentur in alios prædicto Domino, & suis hæredibus placibiles, atque gratos.

Item dimisit, & legauit pro anima sua Ecclesiæ S. Mariæ de Creta omnes possessiones, & res, quas ipse Dominus concesserat quond. Blaxio Moytio de Alexandria in Tridino, & posse, quæ erant concessæ ad beneplacitum dicti D. Marchionis.

Item dimisit, & legauit Ecclesiæ prædictæ de Creta molendinum de Gamamella territorijs Montisbelli. Et si fortè aliquis haberet dictum molendinum in pignore pro aliqua pecuniæ quantitate, ordinauit, voluit, & reliquit, quod ipsum molēdinum redimatur de propria pecunia dicti Domini, ita, & taliter, quod expeditè, & liberè remaneat Ecclesiæ prælibatæ.

Item ordinauit, voluit, & præcepit, quod corpus suum eo defuncto portetur in Ast, & ponatur, ac sepeliatur ad Ecclesiam S. Secundi in Capella noua. Et si fortè hoc fieri non possit propter impedimentum guerræ ordinauit sepeliri in Clauaxio in Ecclesia Minorum, vel vbi placebit D. Duci. Et hanc suam vltimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit iure codicillorum, quod si iure codicillorum non valet, valeat quocunq; alio iure, quo valere melius poterit, & tenere. Præcipiens idem D. Marchio de prædictis fieri publicum instrumentum, vnum, & plura si opportuna fuerint per me Notarium infrascriptum.

Secundus codicillus.

In nomine Domini amen. Anno, & Indictione præmissis, die vndecima mensis Martij. Actum in loco præmisso, præsentibus testibus vocatis, & rogatis. Venerabile Viro D. Fratre Alberto de S. Georgio, Ordinis Minorum, Confessore infrascripti D. Marchionis. Magistro Santo de Asclerijs de Pontesturiæ Medico, & Nobilibus Viris Petrino filio Bartholomæi de S. Georgio ex Comitibus de Blandratę, & Henrico ex Dominis Cerexeti.

Quia vsque ad vltimum vitæ spiritum, vnicuiq; de bonis, & rebus suis disponere licitum est. Ideò Illust. Princeps, & D. D. Ioannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius, per Dei gratiam sanus, mente, licet corpore languens. Recolens se ordinasse, & per Bogeri Cancellarium suum scribi fecisse testamentum, mihi quoque subscripto Notario tradendum in formam publicam commisisse. Similiq; modo recolens se codicillum quendam ordinasse, & fecisse, vt patet publicis instrumentis per me iam dictum Notarium abreuiatis hoc eodem anno, & Indictione, die nono huius mensis Martij. Ecce ipsum testamentum, & codicillum, præsenti codicillo, omni iure, via, modo, & forma, quibus melius potuit, confirmauit, & approbauit, ac valere voluit, & habere roboris firmitatem. Adimens nihilominus in ea parte codicilli, vbi de sui corporis tractauerat sepoltura, & mutans. Nam præsenti codicillo expressè ordinauit, voluit, et præcepit, quod corpus suum portetur in Ast, et sepeliatur ad Ecclesiam S. Secundi in Capella noua.

Item legauit, et reliquit dictæ Capellæ nouæ pro ædificio libras mille Astenses soluendas per hæredem suum.

Item ordinauit, et voluit, quod dicatur Illust D. Ottoni Duci Brunsuicensi, quod non faciat fieri pompas ad sepolturam dicti Domini, cum equis, et banerijs, et his similibus; sed id quod expenderetur in prædictis pompis detur pauperibus amore Dei.

Item ordinauit, quod fiant eleemsinę, et celebrentur Missæ per Terras, et Ecclesias Terrarum suarum pro eius anima, prout disponet D. Dux præfatus.

Item voluit, iussit, mandauit, et ordinauit, quod Magister Santus filius quond. Mag. Petri de Asclerijs de Pontesturia Phisicus, qui diù ipsum medicinauit, & circa curam suę personę fideliter laborauit, sit deinceps francus, et immunis pro se, et hęredibus suis in loco Pontisturiæ ab omnibus oneribus realibus, et personalibus, et mistis; ipsumq; et eius hęredes vtsupra francũ, et immunẽ facit, et fecit.

Item

Item legauit, et reliquit Fratri Alberto de S. Georgio Confessori suo pro eius anima floren. vigintiquinque auri.

Et hanc suam vltimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit iure codicillorum, quod si iure codicillorum non valet, valeat quocunq; alio iure, quo valere melius poterit, et tenere. Præcipiens idem D Marchio de prædictis fieri publicum instrumentum vnum, et plura, si opportunum fuerit per Notarium infrascriptum.

Tertius codicillus.

In nomine Domini amen. Anno, et Indictione præmissis, die decimoquarto mensis Martij, Actum in loco præmisso. Præsentibus testibus vocatis, et rogatis. Nobilibus Viris Matthæo Prouana de Laynico, Henrico ex D. Cerreti, Antonio de Casteglo ex Dominis dicti loci, Antonio Amedei, et Marchotto Pastello de Clauaxio.

Quia vsque ad vltimum vitæ spiritum vnicuiq; de bonis, et rebus suis disponere licitum est. Ideò Illust. Princeps D. Ioannes Marchio Montisferrati, Imperialis Vicarius, sanus mente, quamuis corpore languens. Recolens se ordinasse, et per Bogeri Cancellarium suum scribi fecisse eius testamentum, mihi quoque subscripto Notario tradendum in formam publicam percepisse. Similiq; modo recolens se codicillum vnum de nono, et alterum die vndecimo huius mensis ordinasse, et fecisse, vt patet publicis instrumentis per me iam dictum Notarium abreuiatis. Ecce ipsum testamentum, et ipsos codicillos præsentis codicilli vigore, omni, via, iure, modo, et forma, quibus melius potuit, et potest, confirmauit, et approbauit, ac valere voluit, et habere roboris firmitatem.

Item legauit, et reliquit, ac voluit, quod hæres suus emi faciat in Ianua, rubos nouem ceræ, et ipsam ceram mittat ad S. Nicolaum de Tolentino.

Item legauit, reliquit, voluit, et præcepit, quod hæres suus emat, & mittat Romam ad Capellam, siue Altare, vbi est corpus S. Gregorij Papę, & Doctoris rubos decem ceræ.

Item legauit, reliquit, & ordinauit, & voluit, quod fiant duæ Capellæ ad honorem, & reuerentiam Dei, & S. Thomæ Canturiensis, vna videlicet in Ast, altera in Monteferrato vbi placebit D. Duci, & quod dotentur per hæredem sufficientibus reditibus pro vno Capellano pro qualibet, qui celebrant Missas in eis.

Item ordinauit, voluit, & præcepit, quod prædictus D. Dux, mittat vnum famulum de hospitio suo, ad S. Cattherinam de Mōte Sinay pro ipso D. Marchione, expensis hæredis sui.

Item ordinauit, voluit, & præcepit, quod Gulielmus Baua dictus Bogeri, & ego Iacobinus de Capella de Liburno subscriptus Notarius Cancellarij sui, in vita ipsius Bogeri, & mea simus Cancellarij hęredis sui Marchionis Mōtisferrati.

Item ordinauit, voluit, & reliquit, dum tamen hoc sine peccato, & licitè facere possit, quod Henricus filius quondam Gulielmi de Cereseto Scutifer suus sit franchus, & immunis à solutione focorum, siue talearum mensium, qui soluuntur per Commune Tridini pro rebus, & possessionibus, quas habet in Tridino,

&

& posse tantum videlicet pro parte sua tantummodo.

Item propter grata, & accepta seruitia ipsi Domino exhibita per Ioannem filium quond. Francisci de Brayda ex D. Montilij legauit, reliquit, dedit, & concessit in feudum, & iure feudi eidem Ioanni præsenti, & Antonino fratri suo absenti illam partem, quam dictus Dominus habet in Castro, Villa, posse, & iurisdictione Ringi, quæ erat Bertholacij de Ringo; & quæ ipsi Domino confiscata est, ad habendum, tenendum, & possidendum in feudum à dicto D. Marchione, & hæredibus suis, eo modo quo dictus Bertolacius eam tenere consueuerat, dum tamen ipsi ambo fratres recognoscant hæredes suos, ac eis fidelitatem faciant; de his quæ habent, & tenent in Montilio, & de parte prædicta Ringi. Et dummodo se concordent cum filijs Turchoti Turchi quon. qui ipsam partem habent in pignore pro certa pecuniæ quantitate.

Et hanc suam vltimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit iure codicillorum, quod si iure codicillorum non valet, valeat quocunq; iure, quo valere melius poterit, & tenere. Præcipiens idem D. Marchio de prædictis fieri publicum instrumentum vnum, & plura, si opportunum fuerit per me Notarium infrascriptum.

Quartus codicillus.

In nomine Domini amen. Anno, & Indictione præmissis, die decimaquarta mensis Martij. Actum in loco præmisso, præsentibus testibus vocatis, & rogatis Vener. Viro D. Francisco Merzario de Montenico, decretorum Bachalario, Vicario, Nobilibus Viris Petrino filio Bartholomæi de S. Georgio ex Comitibus de Blandrato, Henrico ex Dominis Cereseti, Antonio ex Dominis Castiglioni Scutiferis, Dominico de Scazosis de Castelletto, Marcotto Pastello de Clauaxio, familiaribus infrascripti D. Marchionis.

Quia vsque ad vltimum vitæ spiritum, vnicuiq; de bonis, & rebus suis disponere licitum est. Ideò Illust. Princeps D. Ioannes Marchio Montisferrati Imperialis Vicarius, sanus mente, quamuis corpore languens. Recolens se ordinasse, & per Bogeti Cancellarium suum scribi fecisse eius testamentum, mihi quoque subsignato Notario tradendum in formam publicam præcepisse. Similique modo recolens se codicillos vnum videlicet, die nono, alium die vndecimo huius mensis, alium die hodierna fecisse, vt patet publicis instrumentis per me iam dictum Notarium abreuiatis. Ecce ipsum testamentum, & ipsos codicillos præsentis codicilli vigore, omni via, iure, modo, & forma, quibus melius potuit, & potest, confirmauit, & approbauit, ac valere voluit, & habere roboris firmitatẽ.

Item propter seruitia dudum sibi exhibita per Antonium Amedei de Clauaxio Scutiferum, & familiarem suum domesticum, legauit eidem, vt illas possessiones, quas iam diù sibi concesserat in posse Clauaxij, siue ad beneplacitum, siuè ad vitam; deinceps habeat, teneat, & possideat pro se, & suis hæredibus in perpetuum tanquam suas. Et hanc suam vltimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit iure codicillorum, & si iure codicillorum non valeret, valeat quocunq; iure, quo valere melius poterit, & tenere. Præcipiens, &c.

Il

Il corpo di esso Marchese fù dato in deposito, & raccommandato alli Frati Minori del Conuento di S. Francesco di Chiuasso, e di tale deposito ne fù rogato à Gulielmo Cicolello Nodaro di Virolengo il seguente instromento.

Instrumentum depositi cadaueris Marchionis Ioannis.

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiusdem Domini millesimo tricentesimo septuagesimo secundo, Indictione decima, die Sabbati, vigesima mẽsis Martij, in via publica, apud Domum Fratrum Minorum de Clauaxio, præsentibus testibus, vocatis, & rogatis, Nobil. Viris Bartholomæo de S. Georgio, Bartholomæo de S. Sebastiano, Gulielmo de Azelio, Aresmino Prouana, Leonello Prouana, Antonio de Mazadio, Facio de Villa, Antonio Amadei de Clauaxio, & pluribus alijs. Venerab. & Religiosi Viri Frater Albertus de S. Georgio Custos Ordinis Fratrum Minorum, & Frater de Simeonis de Toncho Guardianus Conuentus Fratrum Minorum de Clauaxio, eorum proprio nomine, ac vice, & nomine Conuentus omnium Fratrum Minorum. Promiserunt Reuer. D. Antonio de S. Georgio Abbati S. Benigni fructuariensis, ac D. Iacobo de S. Georgio, & D. Oddono de Valpergia militibus, ac mihi Notario infrascripto, ac etiam Iacobo Capellæ de Liburno publico Notario; recipientibus vice, & nomine Illustrium DD. Ottonis Brunsuicensis, & Secundotti Marchionis Montisferrati, ac Ioannis, Theodori, & Gulielmi Fratrum de Monteferrato, quod cum corpus, seù cadauer bonæ memoriæ Illust. D. D. Ioannis Marchionis Montisferrati, &c. Imperialis Vicarij sepeliretur, & recommendaretur in Ecclesia S. Francisci Fratrum Minorum de Clauaxio, quod ipsum corpus, seù cadauer reddent, & dabunt supradictis D. Duci Marchioni, ac Ioanni, Theodoro, & Gulielmo, seù vni ipsorum, aut eorum, seù cuiuslibet eorum Nuntio, quandocunq; voluerint, sine contradictione, & impedimento qualicunq; Et hoc promittunt ipsi Custos, & Guardianus eorum proprio nomine, & vice, & nomine totius Ordinis, & Conuentus Fratrum Minorum, attendere, & obseruare sub eorum fide, & legalitate. Præcipientes de præmissis fieri per me Notarium infrascriptum, & per Iacobum Capellam publicum Notarium, & Cancellarium ipsius D Ioannis Marchionis Montisferrati publica instrumenta, reficienda semel, & plures si opus fuerit consilio sapientis.

Pietro Azario nel fine dell'altre cose scritte per lui delli gesti del memorato Marchese Giouanni, sino al tempo della perdita di Pauia, Valenza, & Casale. Restringendo tutta l'historia in vn breue compendio, dice le susseguenti parole, le quali mi è parso conueniente riseruare in questo luogo; per non interrompere il progresso dell'historia.

Ioannes Marchio Montisferrati natus D. Theodori filij quondam Imperatoris Græcorum, qui cum Domina sorore sua, vxore Illust. Principis D. Aymonis Comitis Sabaudiæ, & matre Dominorum Aymi, nunc Comitis, & Blancæ consortis D. Galeaz Vicecomitis, & dictus apud suos Illust. Principes, & Imperialis Vicarius generalis, probus, sapiens, moderatus, & formosus, necnon quietis, impatiens Terras, omnes perditas, venditas, & pignoratas Marchionatus Montisferrati per quond. Genitorem suum vniuersas recuperauit, vsque ad vnam, quę

num nuncupatur, nec solam Terram perdidit. Immò post diffidationem suam, licet non potens ad respectum, sicut D. Mediolani, alias multas acquisiuit, & & multas contra potentiam prædicti Domini Mediolani detinet de præsenti. Habuit enim primam vxorem senem, sororem D. Cardinalis de Comingi, quam dum esset ipse Ioannes adolescens pater eius in matrimonium sibi copulauit, propter pecuniam, & ipse semper eam honorauit sicut iuuenem, & dicitur nusquam se cum alia muliere miscuisse. Mortua ipsa, aliam neptem Illust. Regis Aragonum, & filiam Illust. Regis Maioricarum in matrimonium habuit, & habet, valdè pulcram, & ex qua Regina filios dicitur sustulisse. Gesserat autem ante prædictam diffidationem circa recuperationem Terrarum suarum se taliter, quod Hector ipso non præualuit. Nam semper guerram habuit cum Illust. Principe Achayæ in partibus Pedemontium, & cum vniuersa parte Guelpha, Astensi, Hipporegiensi, & Canepitij, ac Alexandriæ, intra vires quorum potentia ipsius Marchionis stat inclusa. Nusquam habuit in potentia sua Montisferrati Guelphum, aut Gibellinum, quem secundùm merita non amaret, & honoraret. Amauit semper Gibellinos in Ciuitatibus sibi adherentibus, & præcipuè in Papia, Vercellis, Hipporegia, & Taurino, nec non in Ciuitate Aquensi, quam tenet, saluo modò circa finem, quod discordiam habuit, cum domo de Becharia, & Canibus de Casali, quos decapitari fecit, videlicet, Franciscolum Canem, & alios expulit de Casali, domos suas prosternendo. Pluribus vicibus fuit in conflictu armorum, in quibus semper obtinuit, & præcipuè apud Gamenariam, vbi prælio ordinato cum amicis suis Seneschalcum Regium de domo illorum de Balcio magnæ potentiæ, & Virtutis occidit. Victo campo, & gente sua, cum auxilio Vniuersæ partis Guelphæ posita in conflictu prosternendo, capiendo, mutillando quotquot voluit. Ad cuius labores Nobilis miles D. Otto de Brunsueich Teutonicus, & in parentella propinquus sibi probus, & sapiens multum profuit, De quo plusquam de alio, & meritò se confidit. Recuperauit Burgum Calosceni in Canepicio contra voluntatem, & potentiam dictorum Principis & Guelphorum, & ipsam Terram multum dominio suo nocentem cum maximo dispēdio acquisiuit. Et similiter Valentiam contra voluntatem Guelphorum ipsius loci, circunstantium, & ipsam tenet de præsenti cum ponte supra Padum, vbi intrant, & exeunt omnes sui turbantes statum Papiæ, Nouariæ, & dominij Mediolani; recuperauit Bremide, quam continuè tenuit cum maximo detrimento Dominorum Mediolani.

Secondotto.

Per la sopravenuta morte del Marchese Giouanni ritrouandosi i nobili, e popoli sottoposti al dominio di Monferrato, essere trà due pericolosi scogli, cioè della puerizia di Secundotto primogenito, che all'hora non poteua eccedere l'età d'anni dodeci; & de gli altri fratelli figliuoli del memorato Marchese inferiori d'età. Et della guerra nata trà il padre, e Galeazzo Visconte per rispetto della Città d'Alba, come si è detto. Ottone Duca Brusuicense testamentario Tutore, e Gouernatore di esso Secondotto successore dello Stato; per alquanti giorni stette in prattica, e trattato di pace col prefatò Galeazzo Visconte.

Poi

Poi stringendosi la prattica andò à Pauia, domandato da Galeazzo per vltimarla; & come alcuni vogliono condusse seco due di essi figliuoli. Ma poiche conobbe per li ragionamenti, che si faceuano, che Galeazzo aspiraua al dominio della Città d'Asti, non vi volse consentire, ma ritornò in Monferrato. Doue poi che fu arriuato, dubitando della futura guerra, fece mandare in nome del Prencipe Amedeo Conte di Sauoia M. Giacomo di S. Giorgio Caualliero, e Bartholomeo pure di S. Giorgio delli Conti di Blandrate, Ottolino de Ghiselbertis Dottore di Montebarutio, Simone di Gabiano, e Nicolino delli nobili di Cauagnolio suoi Procuratori, & egli per la recente assuntione di Gregorio XI. al Ponteficato, volendo sodisfare al debito suo, e del Marchese, e fratelli: stringendolo ancora l'apparato della guerra, quale era in procinto di farsi contro Galeazzo Visconte; andò in Auignone à fare riuerenza al predetto Pontefice, al quale significò ogni occorrenza, e si collegò con lui. In questo mezzo gli prenominati Ambasciatori mandati ad Amedeo, alli diecesette del mese di Giugno del predetto anno mccclxxij. conclusero con lui à nome delli predetti Marchese, e fratelli, & di esso Ottone di Brunsueich loro Tutore, e Gouernatore vna confederatione, e lega con li seguenti Capitoli.

Confederatio cum Amedeo de Sabaudia.

Primus, quod dictus D. Comes teneatur pro posse, bona fide, & sine fraude iuuare, defendere, & conseruare Statum, Terram, iura, & honores dicti D. Marchionis, subditorum, & adhærentium suorum, quorum nomina infra describũtur, contra quascunq; personas, cuiuscunq; conditionis, & status existant. Exceptis S. D. N. Papa, & Serenifs. D. N. Imperatore, ac Rege Francorum, filijs, & fratribus suis, & è conuersò.

Adhærentium verò nomina sunt hæc. Domin. Astens. Ciuitatis. D. Thomas Marchio Malaspina pro eo, quod non tenet, ac D. Marchione. Manfredus de Busca pro eo, quod non tenet à D. Marchione. Marchiones Ceuæ, & Marchiones Incisæ.

Item teneatur pro posse iuuare ipsum D. Marchionem ad recuperandum Terras, & loca, quas, & quæ perdidit dictus D. Marchio propter præsentem guerram, inter ipsum D. Marchionem, & D. Galeaz ab vltima diffidatione citra inter eos facta, & quod recuperatum fuerit dimittere dicto D. Marchioni.

Item non facere pacem, treguam, seù accordium cum inimicis dicti D. Marchionis, sine scientia, & beneplacito dicti D. Marchionis, & è contra D. Marchio cum inimicis D. Comitis sine scientia, & beneplacito D. Comitis.

Item quod Terræ, loca, & fortaliciæ districtus, & territoria, quæ ipsi duo Domini lucrabuntur, vel eorum alter super ipsum D. Galeaz diuidantur, vt infra videlicet, quod si sint de Territorio Astensi, & districtu diuidantur per medium inter ipsos. Sin autem extra territorium Astense duæ partes sint D. Comitis, & tertia D. Marchionis.

Item, quod teneatur ipse D, Comes defendere toto suo posse Terras, Ciuitates, & Castra D. Marchionis à guastis, bastitis, & exercitibus ad bonum intellectum, & fidem, sicut faceret suas proprias.

Item, quod victualia Terræ D. Comitis, & locorum suorum sint libera, & ex-

pedita pro pretio competenti, Terris, subditis, & adhærentibus D. Marchionis, & per eos, & ad ea duci valeant sicut ad alias Terras D. Comitis.

Item, quod si contingat lucrari Comitatum Blandrari, quod illud sit Dominorum de S. Georgio, qui tenere debeant ipsum in feudum à prędictis Dominis, Comite, & Marchione, videlicet à dicto D. Comite pro duabus partibus, & à dicto D. Marchione pro tertia.

Item, quod D. Marchio det dicto D. Comiti florennos ducentum millia, boni auri, & ponderis. Et ex nunc det in solutum dicto D. Comiti loca, & iura infrascriptá, sub pactis, & conditionibus infrascriptis, quæ loca, & iura sunt hæc, videlicet. Castrum, & Burgum Clauaxij cum pertinentijs, & totum territorium Canepicij de citra Padum, cum omnibus iuribus, & Vassallagijs interclusis, exceptis Terris, & Vassallagijs, quæ tenet D. Dux Brunsuicensis. Item Rippam, Podinarium, & Vassallatum Montiscucchi, cum iuribus eorundem. Pacta verò, & conditiones sunt hæc, videlicet, quod dicto D. Marchioni sit licitum redimere Clauaxium, infra vnum annum à die præsenti numeran. pro summa florennorum octuaginta millium prædictorum, & de alijs iuribus, & rebus, vt supra fiant tres partes quarum prima sit; Sanctus Georgius cum Curia, & pertinentijs suis Mazadium, Marcenaschum, & Castiglionum, cum omnium pertinentijs, & hæc redimi possit per se in secundo anno quadraginta millibus florennis.

Secunda verò sit Rippa, fidelitates Montiscucchi, Septimi, & Leynici, cum eorum iuribus, & pertinentijs, & redimi possit in tertio anno pro totidem.

Alia verò tertia pars sit Podiuarinum, Roccha, & Fabrica, quæ redimi possit quarto anno pro totidem. Etsi contingat Clauaxium redimi non posse in primo anno, redimi possit in secundo anno, vna cum parte, illo anno redimenda pro centum viginti millibus. Si autem non redimetur illo secundo anno, redimi possit tertio anno cum duabus partibus, secundo, & tertio annis redimendis pro florennis centum sexaginta millibus. Et si redimeretur illo quarto anno, redimi possit Clauaxium cum tribus partibus redemptis pro dictis florennis ducentum millibus. Et eo casu quo dictus D. Marchio redimeret prædicta modis prædictis ex nunc, prout ex tunc, habeantur pro non traditis, sed remaneant ipsi D. Marchioni plenò iure, & teneatur ipse D. Comes recordationem facere, & dationem de omnibus supradictis, cum promissionibus, stipulationibus, & clausulis opportunis. Et prædicta vendicent sibi locum, dummodo omnia, & singula supradicta, & infrascripta promissa per dictum D. Comitem attendantur, & obseruentur, & non aliter, nec alio modo.

Item, quod Sindici prædictorum locorum donеorum, & etiam Vassalli prædictorum Vassallorum traditorum faciant fidelitatem prædicto D. Comiti sub conditionibus, & resolutionibus prædictarum recuperationum dictarum Terrarum, & Vassallagiorum prædictorum in præcedenti capitulo. Ita tamen, quod Vassalli, nec homines in primo anno ipsius fidelitatis non possint requiri, vel in aliquo molestari ab ipso D. Comite, nec Tutorio nomine D. Marchionis, & secundum necessitates, & vtilitates vtriusque Dominorum.

Ita,

Ità, quod in casu quo loca remaneant D. Comiti, teneatur ea tueri, & gubernare, protegere, & eis dominari seruatis bonis vsibus, libertatibus, consuetudinibus, & franchitijs, quibus D. Marchio ea tenere fuerat consuetus, & ipsa ad Cameram suam retinere.

Item, quod reditus, prouentus, exitus, & vtilitates dictorum locorum donec orum videlicet, Clauaxij, Rippæ, & Podiuerini, primo anno sint, & pertineant ad dictum D. Marchionem, qui pro his teneatur facere, & supportare sumptus, & expensas, & onera quælibet, Officiariorum, Custodiarum, Castrorum, & Villarum prædictarum annis pertineant ad D. Comitem, qui post onera supportare teneatur.

Item, quod Aresminus Prouana sit Castellanus Clauaxij, & habeat ibi vnum Iudicem, qui præsit, vice dicti D. Comitis, ibi, & in alijs locis pro Iustitia ministranda, qui Iudex eligatur per ipsum Aresminum.

Item, quod in Rippa, & Podiuarino sit Potestas, & Castellanus dictus Aresminus, qui suo nomine ponat, quem velit in dictis locis, nomine tamen D. Comitis, qui promittant D. Marchioni ipsa loca sibi cedere, si, & quando soluerit quantitates prædictas modis prædictis, & iuret ad S. Dei Euangelia conseruare iura vtriusq; Dominorum, & rationem redere cuicunq; requirenti.

Item, si contingat aliquem appellare à sententia, vel sententijs Iudicis dicti Aresmini, appellare possit ad ipsum Aresminum, & non ad alium, qui definiat secundum consilium Peritorum.

Item, quod dictus D. Comes durante guerra inter D. Marchionem, & Galeaz teneatur, & debeat tenere super, & in Terris D. Marchionis prædicti, & ad eius mandatum pro succurrendo, vbi magis fuerit opportunum lanceas ducentum, & D. Marchio centum ad succurrendum, vbi fuerit expediens, & necessarium super Terris ipsorum Dominorum.

Item, quod si D. N. Papa facit aliqua pacta cum D. Comite, in quibus sit Illust. D. Marchio non derogetur per ista pacta prędictis pactis factis per dictum D. N. Papam. Et si contingat ipsum D. Comitem Sabaudiæ in futurum aliquam ligam facere cum D. N. Papa, teneatur suo posse in ipsa liga includere dictum D. Marchionem sine tamen participatione commodi, vel lucri, quę dictus D. Comes ex dicta liga perciperet.

Item, quod omnes querelæ, seù petitiones hincinde vicissim vsque ad pręsentem diem competentes dictis D. Comiti, & Marchioni, vni aduersus alterum, ex quacunq; causa sint quietæ pœnitus, & remissæ.

Item, quod D. Dux, & Consilium D. Marchionis, & Procuratores absentes, cum aliquibus Nobilibus de Monteferrato omnia, & singula supradicta per eorum iuramenta solemniter ratificent, & confirment, & proinde se, & sua bona obligent, & nihilominus iurent, & promittant sub eisdem vinculis se curaturos cum effectu, quod D. Marchio prædicta ratificabit, cum fuerit ætatis sufficientis.

Delli quali Capitoli, e liga ne furono rogati instromenti à Clemente di Belmonte, & Antonio Curtero Notarij del Conte, in presenza di Bartolomeo Cignino Caualliero, e

Consegliero del predetto Conte, Bertolotto, & Oddonetto de Marchisijs del luogo di Caselle.

Il medesimo anno Galeazzo Visconte persistendo nel desiderio, ch'egli haueua viuendo il Marchese Giouanni, di volere occupare il dominio della Città d'Asti. Del mese di Luglio con le genti di Bernabò suo fratello, e con potente essercito l'assaltò, & fece fare molte bastite per espugnarla. Al che volendo soccorrere, Secondotto, e fratelli, & Ottone Duca di Brunsueich tutore, e gouernatore loro, instituiti dal predetto quond. Marchese Giouanni, heredi di essa Città per indiuiso, & eguale portione, richiesero in agiuto loro Amedeo Conte di Sauoia, si per vigore della liga, & obligatione, che haueua con Papa Gregorio, di difendere, e sostenere il predetto Marchese, & le cose della Chiesa, come per la confederatione, che haueuano con lui; il quale mandò al presidio di detta Città alcune genti sue, quali non continuarono la guerra, secondo l'obligo della confederatione, anzi partendosi, lasciarono Ottone Duca di Brunsueich, con le genti, & essercito del Marchese, e fratelli in essa guerra, & per loro essa Città fù difesa, per tal modo, che l'essercito del prefato Galeazzo fù constretto à partirsi dal duro assedio posto circa essa Città, e lasciar le bastite in mano del Marchese di Monferrato; & durò l'assedio predetto per il spatio di mesi tre, ò circa.

Questo anno milesimo trecentesimo settuagesimo secondo, fù fatto vendita del luogo di Pôdiuerino al Conte di Sauoia, per vinti due milla fiorini d'oro di Fiorenza, del che ne fù rogato instromento da Antonio Consule di Ponzano, registrato per lui nel secondo protocollo fol. xxxj.

L'anno millesimo trecentesimo settuagesimo quarto, Carlo Quarto Imperatore per vn priuilegio autentico, sigillato di vn aureo sigillo, constituì Vicarij del Sacro Imperio Secondotto Marchese di Monferrato fratelli suoi, & Ottone Duca di Brunsueich communemente, & per indiuiso, & ancora li descendenti loro maschij legitimi, nelle Città d'Asti, Alba, & Monteuico, spettante, e pertinente al Sacro Imperio, & in qualunque Terre, Castelli, Ville, e luoghi, dominij, territorij, distretti, pertinenze, ragioni, e giurisdittioni à loro spettanti nella seguente forma.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis fœliciter amen. Carolus Quartus, Diuina fauente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam Illustrib. Secundottoni Marchioni Montisferrati, ac fratribus eius, & Ottoni Duci Brunsuicensi filio quond. Illust. Henrici Ducis ibidem, Principibus, & Consanguineis nostris dilectis, gratiam Cæsaream, & omne bonum incumbentibus nostræ Celsitudini assiduè varietatibus negotiorum innumeris, dum pro fœlici statu Reipublicæ mens nostra hinc inde distrahitur, dignum nostra serenitas existimat, & fore necessarium arbitratur, vt qui tot regionibus nobis commissis personaliter adesse non possumus, fideles nostros fide, & circunspectione probatos in partẽ nostræ solicitudinis statuamus. Sanè cum pię recordationis quondam Illust. Ioannis Marchionis Montisferrati, vestri Marchionis, & fratrum genitoris, & tui Ducis immotam fidei, & deuotionis constantiam, & indefessi laboris solicitudinem, quibus ipse, & Tu, in nostris, & Imperij Sacri procurandis honoribus multipliciter claruistis, nostræ

mentis

mentis oculis attentius intuemur. Dumq; diligenti, necnon & gratuita consideratione pensamus, quod vos Marchio, & fratres de tàm generosa stirpe descẽdentes, eiusdem vestri genitoris laudabilis, sequendo vestigia, nobis, & Sacro Romano Imperio, nonnullis virtuosis, & vtilibus actibus, & prout non ambiguimus constanter, puritate fidei poteritis, & debetis complacere plurimum temporibus affuturis. Tanto vtiq; ad vestri Status, & fœlicitatis augumentum ampliori inclinamur fauore, quantum ad ipsum prædicti Marchionis quondam, & tui Ducis clara probitas, & virtutum insignia præstantius meruerunt. Volentes igitur præmissorum intuitu vestri Status fœlicitatem clementi preuenire respectu. Deliberato animo, sanoq; Principum, Baronum, & Procerum nostrorum, ac Imperij accedente consilio de certa nostra scientia, & Imperialis potestatis plenitudine. Vos omnes coniunctim, & pro indiuiso, & tui Marchionis hæredes masculos legitimos, in stirpem, & successores Marchionis Montisferrati, in Ciuitatibus Astensi, Albensi, & loco nostro Montisuici, & ipsorum, & cuiuslibet earum Terris, Castris, Villis, locis, dominijs, Communitatibus, posse, territorijs, & districtibus, ac pertinentijs, iuribus, & iurisdictionibus vniuersis ad ipsas, & earum quamlibet pertinentibus. Ordinamus, facimus, & constituimus nostros, & Sacri Romani Imperij Vicarios generales, & speciales irreuocabiles ad tempora vitæ nostræ, & post obitum nostrum propitio Deo felicem, tam diù, donec per successores nostros Romanos Imperatores, vel Reges expresè, & ex causa legitima fueritis reuocati. Dantes ex nunc, & concedentes vobis, & in vos omnes communiter, & pro indiuiso, vt permittitur de Imperialis potestatis plenitudine ex certa scientia transferentes, plenam, liberam, generalem, & omnimudam auctoritatem, iurisdictionem, & gladij potestatem, merum, & mixtum Imperium, vice, auctoritate, ac nomine nostris in Ciuitatibus, locis, districtibus, limitibus, atque finibus earundem, per vos, vel alium, seù alios, quibus hæc commiseritis exercenda, &c. Testes huius rei sunt Vener. Ludouicus Maguntinensis Archiepiscopus Sacri Imperij per Germaniam Archicãcellarius, Berardus Herbipolen. & Vortigo Murembergensis Ecclesiarum Episcopi, Illustres Federicus Marchio Missuensis, Fredericus Bauariæ, & Robertus Ligritensis Duces, Spectabiles Fredericus Muembergen. & Burgardus Magdeburgensis Burgrauij, Eberardus de Roretemberij, & Ioannes de Suiarezburg Comites, Nob. Petrus de Vartengh Imperialis Curiæ Magister, Thuuo Bolduz Magister Cameræ, Borgo de Risemburg Capitaneus Transiluanus, Grasso Gerlachus, & Bazo de Holenloch, Himbo de Voaldesen, Albertus de Risemburg, & Martinus de Ieuizensten, necnon quamplures alij nostri, & Sacri Imperij Nobiles, & fideles præsentium, sub bulla aurea timpario nostræ Maiestatis impressa testimonio litterarum. Dat. Nuremberg. Anno Domini MCCCLXXIV. Indict. 12. octauo idus Decembris. Regnorum nostrorum anno vigesimo octauo, Imperij verò vigesimo. Et ego Nicolaus Camericen. Magdeburgen Diœcesis Cæsaris Prothonot. vice, & nomine Reuerendiss. in Christo Patris, & D. D. Ludouici Maguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopi, Sacri Imperij per Germaniam Archicancellarij recognoui, &c.

L'anno

L'anno millesimo trecentesimo settuagesimo quinto, Indittione decimaterza, alli noue del mese di Decembre, nella Città d'Asti Secondotto Marchese di Monferrato diede in feudo à Giouanni figliuolo bastardo del quondam Marchese Theodero di Monferrato il Castello, Villa, & huomini di Occimiano.

L'anno millesimo trecentesimo settuagesimo sesto, l'Indittione decima quarta, alli quatordeci del mese di Settembre Secondotto Marchese di Monferrato, con auttorità, e consentimento d'Ottone Duca Brunsuicense suo Gouernatore fece compromesso di qualunque guerre, discordie, liti, domande, e controuersie, che verteuano trà lui, e Galeazzo Visconte in Gregorio XI. Sommo Pontefice, qual compromesso hauesse durare per mesi sei, e finiti li sei mesi si potesse prorogare per il Papa mesi quattro. Promettendo ambe le parti di osseruarlo, sotto pena di cento milla fiorini d'oro. Et il medesimo giorno esso Secondotto con auttorità del predetto Duca di Brunsueich diede possanza, libertà, e bailia al predetto Gregorio Sommo Pontefice di fare, & contrahere matrimonio à nome suo, con la Magnif. & Eccellente Madonna Violant figliuola del memorato Galeazzo Visconte Dominatore in Milano. I testimonij furono Baldessare Duca di Brunsuich, Alberto d'Incisa, & Nicolello di Cauagnolio Podestà d'Asti.

Gregorio Sommo Pontefice dopò lungo trattato di pace operò, che la guerra, quale era trà Secondotto Marchese memorato, e Galeazzo Visconte, si tenesse in sospeso, ritenendola in se, & à mano sua. E nel tempo di detta sospensione Nicolò Spinelli Dottore, e Caualliero, Cancelliero delli Regni di Gierusalemme, e di Sicilia, & Vgolino de Falchoni Procuratori, e mandatarij del predetto Marchese. E Filippo Cassola di Reggi, e Cauallino de Cauallis Ambasciatori, e mandatarij di Galeazzo Visconte, e di Gio. Galeazzo Conte di Virtù suo figliuolo, e di Bianca di Sauoia moglie di esso Galeazzo esistenti in Roma, alla presenza di esso Pontefice l'anno mccclxxvij. del mese di Marzo, conuennero insieme, che precedente la dispensa sopra l'impedimento della cognatione, ch'era frà Secondotto, & Violante figliuola di Galeazzo, che già fù moglie di Leonotto Duca di Clarentia figliuolo del Rè d'Inghilterra, quali erano congiunti nel secondo, e terzo grado di affinità; si fermarebbe trà loro il matrimonio per parole de' presenti, con la dote di trenta milla fiorini d'oro, e la restitutione della Terra di Casale, e così hauuta la dispensa fù contratto, e compito esso matrimonio, nella Città di Pauia, il secondo del mese d'Agosto in presenza di più di cinquecento Gentilhuomini, & al seguente mese di Giugno Gio. Galeazzo in osseruanza delle memorate conuentioni promise voler osseruare, quanto nel seguente instromento si contiene.

In nomine Domini amen. Anno à Natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, die decima quinta mensis Iunij, Indictione decima quinta. Nouerint vniuersi ad quos præsens instrumentum peruenerit, quod Illust. Princeps, & D.D. Io. Galeaz Vicecomes Mediolani Comes Virtutum, &c. filius Mag. & Excelsi D.D. Galeaz Vicecomitis Mediolani, &c. Imperialis Vicarij Generalis, volens adimplere, & executioni mandare, ea quæ pro ipso, & eius nomine de mense Martij proximè præterito, in Ciuitate Romæ, coram S. D. N. Papa promissa fuerunt, & sunt, & in omnibus, & per omnia vti promissa fuerunt, & sunt per Egregium Legum Doctorem D. Phylippum de Cassollis de Regio,

&c per

& per Nob. Virum Cauallinum de Cauallis de Rugio eius Secretarium tunc ipsius D. Comitis Procuratores in Vrbe, Egregio Viro D. Vgolino de Falconibus Procuratori,& procuratorio nomine Illust. Principis,& D.D. Secundottonis Marchionis Montisferrati de facto, & Terra Casalis, occasione matrimonij Deo fauente secuti, & perfecti inter ipsum Illust. Principem D. Marchionem prædictum, & Illust. D. Violantam ipsius D. Comitis sororem, genitam, ex prædicto Mag. D. D. Galeaz per solemnem stipulationem, conuenit, & promisit prædicto D. Vgolino tanquam Procuratori,& procuratorio nomine dicti D. Secundotti Marchionis Montisferrati stipulanti, & recipienti, ac etiam mihi Notario, vti publicæ personæ stipulanti,& recipienti vice,& nomine prędicti Secundottonis Marchionis Montisferrati, quod si contingat (quod absit) quod prædictus Mag D.D. Galeaz ipsius D.D. Comitis genitor diem suum extremum clauserit,& transiuerit ab humanis, quod ipse D. Comes Virtutum, trader, & restituet, vel tradi, & restitui faciet ipsi D. Secundottoni, vel alteri ab ipso solemne mandatum habenti,& eius nomine recipienti Terram Casalis, cum fortalicijs omnibus,& alijs quibuscunq; dependentibus, & connexis infra spatium duorum mensium computandorum, à die mortis (qnod absit) ipsius D. Galeaz eius genitoris, & ex quo per ipsum Marchionem Montisferrati fuerit requisitus; ratificans, & approbans, & rata habens in omnibus,& per omnia, ea quæ occasione dictæ Terræ Casalis premissa, & conuenta fuerunt inter partes prædictas, & in omnibus, & per omnia vti promissa sunt,& fuerunt, per prædictos D. Philippum, & Cauallinum ipsius D. Comitis tunc Ambasciatores,& Procuratores. Actum in Castro Ciuitatis Papiæ, in sala magna prædicti D. Comitis. Præsentibus Egreg. Viris D. Pinoto di Pinotis de Regio filio quond. Bonuisini Consiliario prædicti D. Comitis, Nicolello de Cauagnolio de Monteferrato filio quondam D. Gulielmi, Antoniello de Porris de Mediolano filio quondam D. Stephanolij Camerario prædicti D. Comitis testibus ad hoc specialiter vocatis, & rogatis. Insuper prædictus D. Comes in huius rei maius testimonium iussit, præsens instrumentum muniri in sigilli impressione.

Ego Andriolus de Arisijs natus D. Antonij de Mediolano publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus interfui, rogatusq; hoc instrumentum tradidi, scripsi, & me subscripsi meumque consuetum signum apposui in testimonium præmissorum.

E successiuamente fù trà loro celebrata vna pace, e tranquilità perpetua, nella quale frà l'altre cose, trà Secondotto Marchese, & Ottone Duca di Brunsueich per vna parte, e Galeazzo Visconte, con Gio. Galeazzo suo primogenito per l'altra, fù concluso, che qualunque luogo, che ciascuno di loro haueua lo potesse tenere, e possedere; saluo, che le cose deposte, e confirmate nella pace publicata per Roberto Gebenense Cardinale della Basilica de gl'Apostoli, e Legato della Sede Apostolica, nell'anno predetto mccclxxvj. alli dieci noue del mese di Luglio trà Gregorio XI. Pontefice, e S. Chiesa colligati sudditi, & adherenti suoi per vna parte; e Galeazzo Visconte suo figliuolo colligati adherenti, seguaci, e sudditi loro per l'altra; in quanto concerneuano la restitutione delle Terre,

luoghi,

luoghi, e fortezze, doueßero hauer luogo trà esse parti, & oßeruare con effetto. Et oltre di questo il predetto Galeazzo promise al memorato Marchese di restituirgli la fortezza di Quarto, & il Castello di Malamorte, e la fortezza di Azano, con li territorij loro, le quali fortezze eßo Galeazzo occupaua nel territorio di Asti. Volsero similmente, e conuennero nella pace predetta, che il predetto Duca di Brusueich doueße rimanere Tutore, e Curatore di Secondotto Marchese, e suoi fratelli, e Gouernatore del dominio di Monferrato secondo la dispositione del testamento del quondam Marchese Giouanni suo padre. E che i legati fatti per il predetto quondam Marchese ad eßo Duca di Brunsueich douessero seguire effetto contro Secondotto, talmente che gli predetti Galeazzo, e Gio. Galeazzo suo figliuolo non se ne hauessero ad intromettere. Conuennero ancora le predette parti, che alcuna di loro non potesse pigliare per adherente, colligato, ò suddito alcuno, che foße adherente, colligato, ò suddito dell'altra parte. Ne ancora alcuna Città, Castello, fortezza, ò Terra, la quale foße suddita, ò sotto l'obedienza dell'altra parte. E promisero di attendere, & oßeruare gli predetti Capitoli, sotto la restitutione de' danni, spese, & interessi, e come più ampiamente si contiene in vn'instromento di detta pace fatto, nell'anno millesimo trecentesimo settuagesimo settimo, Indittione quintadecima, alli sette del mese di Luglio, rogato nella Città di Pauia, nel Castello di Galeazzo Visconte, nella Camera superiore, da Pasquino de Capellis, e da Antonio Pasquario di Montebello, Notarij publici, in presentia di Ottolino di Mandello Caualliero, Antonello Porro, & Antonio Murigia tutti di Milano.

Vincislao Rè de' Romani l'anno predetto, quale era il settimo, dopò che da Carlo Imperatore suo padre fù fatto Rè de' Romani, & elletto succeßore dell'Imperio, ad imitatione del padre, nel giorno dell'Eßaltatione della Croce, conceße, donò, e confirmò à Secondotto Marchese predetto, e fratelli suoi, & ad Ottone Duca di Brunsueich il priuilegio à loro concesso per Carlo predetto. Per il quale furono constituiti Imperiali Vicarij nelle Città d'Asti, Alba, e Monteuico.

L'anno medesimo, & al Nouembre prossimo in Pauia fù publicato, e consumato il matrimonio contratto trà Secondotto Marchese di Monferrato, & Violante figliuola di Galeazzo. Doue poiche il Marchese, secondo il solito delli maritati, hebbe fatto dimora per alquanti giorni si partì, e caualcò in Asti; al gouerno della qual Città nel partir suo haueua posto vn fratello di Ottone Duca di Brunsueich, quale hauendo secreta intelligenza con Galeazzo, gli negò l'entrata di eßa Città. Perilche Secondotto subito ritornò à Pauia da Galeazzo suo Socero, domandandogli agiuto. Doue Galeazzo senza tardanza fece caualcare Gio. Galeazzo suo figliuolo con trecento lancie; quale arriuato in Alessandria si congiunse con li nobili, e gente d'armi del Marchese, e dopò alcuni giorni partendosi s'inuiorono verso l'occupata Città: doue dal Castellano, quale si manteneua in fede del Marchese, alli sei del mese di Febraro dell'anno mccclxxviij. furono introdotti nel Castello, & il fratello di Brusuicense, partendosi lasciò la Città nelle mani del Marchese, e di Gio. Galeazzo suo cugnato. Nel progreßo di tempo vedendo Secondotto, che Gio. Galeazzo suo cugnato non si voleua partire con le sue genti d'arme, e lasciarli la Città libera, fù persuaso à constituirlo Gouernatore della detta Città, Castello, e distretto suo; riseruandosi però l'auttorità, e facoltà di potere mettere in eßa Città il

Capi-

Capitanio, Podestà, & altri Officiali, e così il predetto Gio. Galeazzo alli vndeci del predetto mese accettò il gouerno di essa Città, cō promissione giurata sopra li Santi Euangelij, e sotto la fede del corpo suo, di regere, e gouernare bene la Città predetta, al nome, honore, & vtilità del predetto Marchese Secondotto, e restituirglila, e rimettergliela, quando per il commune giudicio delli Proceri di esso Marchese, e delli Nobili, e Cittadini di essa sarebbe dichiarato essere vtile, che per lui gli douesse essere rimessa l'amministratione, e regimento di essa Città. Dopò questo trà il predetto Marchese Secondotto, e la Communità d'Asti furono il medesimo giorno per publico instromento celebrati, e firmati certi capitoli, i quali il predetto Gio. Galeazzo giurò di osseruare: e trà le altre cose conuennero, che nel giuramento c'haueuano à fare i Cittadini al predetto Marchese, fossero riseruate le ragioni, & honore dell'Imperatore, di Ottone Duca di Brunsueich, e delli fratelli di esso Marchese. Delle quali tutte cose ne furono rogati publici instromenti da Antonio di Ponzano detto Consule Notaro publico, alla presenza di Alberto Marchese d'Incisa Caualliero figliuolo del quondam Raimondino, Bartolomeo di Giacomo figliuolo del quondam M. Manfredo Dottore, e Cittadino di Genua, Consigliero di Galeazzo Visconte, Ricardo Villano figliuolo del quondam M. Roberto Dottore, e Cittadino di Milano, M. Ottolino Ghisilberto Dottore, M. Bonifacio di Cocconato Caualliero, M. Giouanni bastardo di Monferrato Caualliero, M. Frelino Guarletta Dottore, e Cittadino d'Asti, M. Antonio di Moriena Dottore, e Cittadino d'Asti, Antoniollo Porro di Milano, Antonio Turcho di Castello Cittadino d'Asti, Galuagnono Pelletta Cittadino d'Asti, Perciuallo Rotario figliuolo del quondam Conradino Cittadino d'Asti.

L'anno predetto mccclxxviij. alli sedeci del mese di Febraro, trà Gio Galeazzo Conte di Virtù, e Secondotto Marchese di Monferrato fu contratta perpetua confraternità, & vnione, la quale tutti due promisero osseruare, insieme con li patti conuenuti trà loro, sotto la pena di vinticinque milla fiorini, delche ne fu rogato instromento da Andriollo Cancelliero del prefato Conte. Et in progresso di tempo accorgendosi il predetto Secondotto, che la riserua, quale haueua fatto di potere mettere Officiali, e presidio nella Città d'Asti, poco, ò nulla li giouaua, se ne dolse con Galeazzo suo Socero, richiedendogli la relassatione di essa Città, e dominio suo. Il che non potendo ottenere, vedendosi deluso, si partì sdegnato da Pauia, e caualcò à Cremona, e poi nel Parmegiano; doue essendo arriuato in vna Terra chiamata Langirano alli vndici del mese di Decembre del medesimo anno, fù da vn suo famigliare ferito nella testa; per la qual ferita alli sedici del detto mese à hore vintitre passò all'altro seculo, & il corpo suo fu portato à Parma, e sepolto nel maggior Tempio di quella Città, scontro al primo Altare, e di lui scriue Donato Azaiolo Fiorentino in questo modo.

Anno Domini MCCCLXXVII. mense Maij, filia Galeatij Principis, quam morte mariti viduam relictam supra meminimus Secundottoni filio Marchionis Montisferrati nuptui tradditur, habuitque pro dote Vrbem Asten. Tunc pax vtrinq; inter Principes firmata. Cœterum sequenti anno, sponsus, qui sauis, & difficilimis moribus erat, à quodam ex familiaribus interficitur. Vnde puella tertio patrueli suo filio Bernabouis cum Pontificis dispensatione in vxorem traditur.

Nel tempo, che auuenne la morte del Marchese Secondotto, Ottone Duca di Brunsueich si ritrouaua à Napoli, & essendogli soprauenuta la nuoua del trapasso suo, oltre la molestia d'animo, che ne hebbe, gli dispiacque ancora sommamente l'hauere inteso, come esso Secondotto era stato indotto à concedere il gouerno della Città d'Asti à Gio. Galeazzo suo cugnato, come si è narrato di sopra. Per la qual cosa si partì di quelle parti, con animo di volere attendere alla ricuperatione del dominio di essa Città, e distretto suo, e con lettere sue appresso dell'Imperatore Vincesiao, e di molti Prencipi d'Italia grauemente si dolse delli modi, che haueua tenuti Gio. Galeazzo, col predetto Secondotto, per occupargli il dominio d'Asti; dimostrando come lui, e gli fratelli del predetto quondam Secondotto dolosamente ne erano stati spogliati. Con richiedere à nome suo, e come tutore, e gouernatore delli predetti fratelli al predetto Imperatore, volesse fare tal prouisione circa questo, che rihauessero detta Città, e dominio suo, dopò ilche con opportune lettere, se ne venne da Gio. Galeazzo, appresso del quale fece ogni diligente instanza, richiedendolo à rimettere essa Città in mano del Marchese Giouanni fratello, e successore del predetto Secundotto, e sue, come la ragione, e debito voleua; ilche ricusando egli di fare fù principiata la guerra trà di loro.

Giouanni Terzo.

L'anno millesimo trecentesimo settuagesimo nono, alli tre del mese di Gennaro, Giouanni Marchese di Monferrato, diede ampla possanza ad Ottone Duca di Brunsueich di amministrare lo Stato, per fin che esso Marchese fosse di età di vinticinque anni; delche ne fù rogato instromento da Gulielmo Cicolello di Verolengo, il cui tenore è questo.

Instrumentum potestatis datæ Ottoni de Brunsueich.

In nomine Domini amen, millesimo trecentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, die tertio mensis Ianuarij. Actum in Castro Montiscalui, in caminata magna, præsentibus testibus vocatis, & rogatis, Nobilibus Viris D. Ioanne bastardo de Monteferrato, Simone de Gabiano, Ludouico Turcho, Oddino de Mirolio, Antonio de Braida, Ioannono de Cochastello, Francisco de Cochastello de Montilio, Nicolello, & Martino fratribus, & Antonio de Tilio, Georgino Scarampo de Camino, D. Ottolino de Ghiselbertis de Ceresero, Antonio de Silue[illegible] de Corgnato Vicarijs, Albertono de Prato de Montecaluo, Facio de Villa de Clauaxio, Antonio Berruto de Vignali, Marcono della Valle de Lù, & pluribus alijs. Illust. D. Ioannes Marchio Montisferrati, sciens certificatus, & plenariè informatus, quod Illust. Genitor eius D. Ioannes Marchio Montisferrati, quondam in sua vltima voluntate inter cætera disposuit, voluit, & ordinauit, quod Illust. Princeps D. Otto Brunsuicen. Dux, & auunculus dicti D. Marchionis sit, & esse debeat ipsius D. Ioannis nunc Marchionis prædicti, & cæterorum fratrum ipsius, ac Marchionatus, & Baroniæ Montisferrati, necnon omnium Ciuitatum, & loci prædicti, & prædictorum, & cæterorum bonorum, rerum, & iurium ipsorum fratrum, tutor, curator, gubernator, administrator, & rector, cum plena, & generali potestate vendendi, alienandi, infeudandi, donandi, contrahendi, disponendi, faciendi, & ordinandi de Marchionatu, Baronia, Ciuitatibus, Castris, Villis, & bonis prædictis, prout, & sicut dictus D. Dux voluerit,

siluestri — uide supra fol. 231.

lucrit, & sibi placuerit, donec dictus Dominus, nunc Marchio, & dicti eius fratres compleuerint vigesimum quintum annum, omni administratione, gubernatione, ac potestate dicto Domino nunc Marchioni, & dictis eius fratribus vsque quoad cōplementum dictæ ætatis peruenerint pęnitus interdicta. Videns, & cognoscens ipse D. Ioannes, nunc Marchio, quod Illust. frater eius Secundotto Marchio Montisferrati quondam, nolens prędictam ordinationem paternam obseruare; sed ea spreta, Marchionatum, Baroniam, & Ciuitates, quas dictus pater eorum tempore mortis possidebat, & tenebat, propter ipsius iuuentutem ad statum perditionis, & subuersionis, deduxerat nisi prædicti Illust. D. Ducis bonitas, & clementia, tàm citò occurrisset. Ecce, quod dictus D. Ioannes, nunc Marchio supradictus videns pericula, ad quæ patria deuenerat propter iuuentutem dicti fratris eius, ac volens sequi in prædictis omnibus suprascriptis, & infrascriptis dispositionem, & ordinationem dicti eius patris; cognoscendo etiam & propter iuuentutem suam, ad regendum, & gubernandum se, & sua non sufficere, & de Illust. Auunculo suo prædicto plenissimè confidens, in quo habens post Deum, spem, & fidutiam specialem, ex certa eius scientia deliberatè, & appensatè, idem D. Marchio se Marchionatum, & Baroniam Ciuitates, Castra, Burgos, Villas, & Territorium Montisferrati, necnon partem suam Ciuitatum Ast, Albæ, & loci Montisregalis, Territorij, & districtus dictarum Ciuitatum, & loci prædicti, & omnia bona, & iura, suas, & sua, committit, dimittit, & relaxat, cōmisit, dimisit, & relaxauit curæ, protectioni, gubernationi, administrationi, dispositioni, ordinationi, regimini, ac potestati dicti Illust. Auunculi sui D. Ducis præfati, quousque ipse D. Marchio compleuerit vigesimum quintum annum. Abdicando ipse D. Marchio a se, & in ipsum D. Ducem transferendo, omnem bayliam, ac omnimodam potestatem cuiuscunq; regiminis, gubernationis, administrationis, contractus, alienationis, dispositionis, & ordinationis, & cuiuslibet alterius potestatis, Marchionatus, Baroniæ, Ciuitatum, Castrorum, Burgorum, Villarum, locorum, bonorum, & iurium prædictorum, & prædictarum quousque dictus D. Marchio compleuerit vigesimum quintum annum, vt supra. Et quicquid ipse D. Dux in prædictis, & circa prædicta, vel aliquod prædictorum fuerit, statuerit, seù ordinauerit, habeat plenissimam firmitatem, ac promittendo idem D. Marchio dicto D. Duci, & mihi Notario infrascripto vti publicæ personæ stipulanti, & recipienti vice, & nomine omnium, & singulorum subditorum dicti D. Marchionis, & omnium personarum quarum interest, seù interesse poterit in futurum, se non intromittere de prædictis, vel aliquo prædictorum, donec fuerit viginti quinque annorum, vt præfertur. Quæ omnia, & singula supra, & infrascripta idem D. Marchio maior annis quatuordecim, minor tamen vigintiquinque, promisit dicto D. Duci, & mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti, vt supra, & etiam iurauit ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis, attendere, & obseruare, & ea non reuocare, ac contra prædicta, vel aliquod prædictorum supra, vel infrascriptorum non facere, vel venire, aliqua ratione, vel causa, de iure, vel de facto. Et si contra prædicta, vel aliquod

prædictorum ipse D. Marchio aliquid, vel aliqua fecerit, ordinauerit, vel præceperit, aut disposuerit, seù facere, ordinare, præcipere, vel disponere attentauerit, illud, & illa sint nulla ipso iure, ac nullius valoris, seù momenti. Volens, & iubens idem D. Marchio, quod ad eorum obseruantiam minimè teneantur. Igitur idem D. Marchio ex nunc, prout ex tunc dictos suos subditos, & me Notarium infrascriptum vti publicam personam recipiẽtem vice, & nomine ipsorum subditorum, & omnium, & singulorum quorum interest, seù interesse poterit in futurum, Irreuocabiliter quictat, liberat, quictauit, liberauit, & absoluit, ab obseruatione eorum, quæ ipse D. Marchio præciperet, statueret, decerneret, vel faceret sine voluntate, & consensu dicti D. Ducis, vsque quò perfectè attingerit annos prædictos. Et de præmissis per me Notarium infrascriptum ipse D. Dux, & ipse D. Marchio fieri præceperunt publica instrumenta reficienda semel, & pluries, si opus erit, consilio sapientis, facti substantia non mutata.

L'anno medesimo mccclxxix. considerando Clemente Settimo Sommo Pontefice, che la guerra, quale era formata trà il Marchese Giouanni di Monferrato, & Ottone Duca di Brunsueich per vna parte, & Gio. Galeazzo Visconte per l'altra, poteua fare non picciola alteratione all'impresa sua, contro Vrbano Sesto, sollecitò, che esse parti commettessero alla deffinitione sua ogni differenza, discordia, e guerra, che haueuano insieme. Alche essendogli intrauenuti M. Sighino di Antone Dottore di Leggi, solenne Nuntio, & Ambasciatore del predetto Clemente, & Amedeo Conte di Sauoia, esse parti per contemplatione di Papa Clemente, e del predetto Amedeo conuennero insieme nel modo, che nel sottoscritto instromento si contiene.

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiusdem Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, die vigesimo secundo mensis Ianuarij, hora prima noctis, super platea S. Agatæ, Diœcesis Vercellensis, vbi interfuerunt testes vocati, & rogati videlicet, D. Sighinus de Anthone Nuncius Sedis Apostolicæ, D. Raymundus de Vrsinis filius Illust. D. Comitis Nolani, D. Antonius de Turre, D. Dirlony de Daronciet, D. Gerardus de Stres, D. Gulielmus de Estiuiaco, D. Amedeus, D. Viteuarum, D. Sauinus de Florano Legum Doctor, Aldricus de Interminellis de Lucca, Marmetus Rogeti, & D. Thadæus de Pepulis, & alij quamplures. Cum seminante auctore zizaniæ, lites, & graues discordiæ, ac etiam guerræ, maximè deuenissent, & vigerent ex nonnullis hincinde causis, & occasionibus inter Illustres, & Mag. Principes videlicet, D. Ottonem Ducem Brunsuicensem, & Ioannem Marchionem Montisferrati, ac fratres ipsius Marchionis ex vna parte, & Illust Principem, & Mag. D. D. Ioannem Galeatium Vicecomitem, Comitem Virtutum Mediolani, &c. Imperialem Vicarium generalem ex altera. Et dubitaretur ne grauiores, & duriores occurrerent in futurum, quæ verisimiliter totam patriam & cuiuslibet partis subditos strage, & extermineo subiecissent. Ideò Deo Auctore, qui est fons, & riuulus pacis, & auctor concordij per Venerabilem, & prudentem Virum D. Sighinum de Anthone Legum Doctorem, Nunciumq; & Ambasciatorem solemnem Sanctiss. in Christo Patris, & D. D. Nostri Clementis Diuina Prouidentia Papæ Septimi,

necnon

necnon Perillust. Principem, & D.D. Amedeum Comitem Sabaudiæ inter præd dictos Principes, & prædictas partes, sic, & taliter extitit procuratum, & pertractatum, quod, &c.

In Dei nomine, & Beatę Marię Virginis Gloriosæ, ad infrascriptam treguam, & compromissum inter prædictas partes ipsorum S. D. N. Papæ Clementis, & dicti D. Comitis Sabaudiæ contemplatione per partes prædictas concorditer, & sincerè, vt in infrascriptis capitulis continetur, extitit conuentum, promissum, & conclusum.

Primo namque Illust. Princeps videlicet, D. Otto Dux Brunsuicensis suo proprio nomine, & curatorio nomine Ioannis Marchionis Montisferrati, & dictorum fratrum suorum, vt asseruit, & ipse D. Marchio Montisferrati proprio nomine, auctoritate, & consensu dicti D. Ducis eius Curatoris, vt asseruit ex vna. Et Egregius Miles D. Iacobus de Verme generalis Capitaneus, ac Egregij Legum Doctores videlicet, D. Bartholomæus de Placentinis, & Philippus de Casalijs de Regio, Consiliarijs Cameræ Apostolicæ Procuratores, & procuratorio nomine prædicti Illust. Principis, & Mag. & Excelsi D. D. Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, ac Consiliarij eiusdem, secundum, quod de ipsorum procura, & mandato constat instrumento publico, scripto, rec[illegible] de [illegible], & tradito, et Franciscum de Marsilijs de Parma, & Iacobinum Arreste de [illegible], Nouariensis Diœcesis ex altera parte, fecerunt, & faciunt, inierunt, & ineunt, ad inuicem, & vicissim nominibus, quibus supra, puram, veram, & ad tempus infrascriptum irreuocabiliter duraturam, treguam, & compromissum validum, & solemne per modum formam, & conuentiones infrascriptas.

Quia ad inuicem, & vicissim fecerunt, & faciunt, inierunt, & ineunt treguam, hinc ad Pascha Resurrectionis D. N. I. C. & à Paschate Resurrectionis, vsque ad duos annos, in qua promittunt sibi partes ad inuicem, & vicissim pro se, & suis colligatis, & adhærentibus, sequacibus, & subditis, quibuscunq; altera alteram non offendere, nec offendi permittere in personis, seù rebus quibuscunq; quæ per ipsam alteram partium prædictarum, vel al quem ex eis ad præsens tenentur, reguntur, vel gubernantur, vel eius nomine, vel in futurum tenebuntur, regentur, seù gubernabuntur, aut eorum nomine directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè quouis modo, ratione, vel causa, nec etiam ipsius alterius partis colligatos, adhærentes, subditos, vel sequaces, & dentur in scriptis, & nominentur colligati, adhærentes, & sequaces vtriusque partium prædictarum infra quindecim dies, & infra alios quindecim dies sequentes, debeant dicti colligati, adhærentes, & sequaces non subditi, ratificare treguam. Et quod illi ex prædictis, qui non fuerint nominati, vel non ratificauerint treguam infra dicta tempora sint exclusi, à beneficio treguæ, vel saltem nominatio, & ratificatio fiat infra mensem. Et prædictas nominationes partes facere, & ratificationes præsentare teneantur, in præsentia prædicti Illustris Principis Sabaudiæ Comitis, vel D. Bartholomæi de Cignino ad hoc specialiter deputati in Ciuitate Taurini, vel Terra Rippolarum.

Item

Item promittunt dictæ partes ad inuicem, & vicissim nominibus, quibus supra, quod alicui offendenti, seù offendere volenti, vel attentanti alteram partium prædictarum, seù aliquem, vel aliquos ex parte altera, vt supra, non dabunt, nec probabunt, nec dari, nec probari permittent auxilium consilium, nec fauorem, directè, vel indirectè, tacitè, vel occultè, nec etiam dabunt, nec mutabunt, nec concedent pecunias, nec victualia. Saluo, quod si aliqua, vel aliquis partium prædictarum, infra tempus dictæ treguæ requireretur à Sacro Imperio, vt offenderet partem alteram, vel aliquem, seù aliquos ex ea, quod teneatur, & debeat requisitus ipsam requisitionem, si offendere voluerit, alteri parti notificare personaliter, vel ad domum habitationis suæ, vbi de facili non posset habere præsentiam personalem, & à die notificationis factæ prædictæ, duret tregua prædicta infra duos menses, nec interim vna pars alteram possit offendere, quoquomodo. Elapsis verò duobus mensibus possit pars requisita iuxtà requisitionem dicti Sacri Imperij offendere partem, contra quam extiterit requisita; nec per hoc intelligatur contrafecisse promissis in præsenti tregua.

Item promittunt dictæ partes bona fide non procurare à Domino Imperatore mandatum, seù præceptum habere ad offendendum alteram partem ipsarum.

Item pro obstionatione, & firmitate treguæ prædictæ, conuenerunt partes prædictæ ad inuicem, quod si contingat, quod vna pars, vel aliquis ex ea, aduersus aliam, vel aduersus aliquem, vel aliquos ex alia diceret, prætenderet, vel allegaret aliquid factum esse, vel fieri contra treguam prædictam, quod Illust. Princeps D. Amedeus Comes Sabaudiæ, sit cognitor, & possit, & debeat cognoscere, decidere, & sententiare, & restitui, vel emendari facere per lædentem, parti læsæ, prout iustum fuerit, infra duos menses. Et si lædens ad ipsius Comitis mandatum satisfacere recusaret, quod tunc, & eo casu teneatur, & debeat compellere, & adstringere dictum lędentem vsque ad debitam satisfactionem, & emendam faciendam parti lęsę, & dictę partes teneantur iuuare dictum D. Comitem Sabaudiæ bona fide, contra ipsum lædentem, vsque ad debitam satisfactionem. Et hoc intelligatur de colligatis, adhærentibus, & sequacibus non subditis. De subditis verò promittunt dictæ partes damnum datum emendare, vel emendari facere, vel restituere, vel restitui facere infra dictos duos menses; quod si non fecerint, idem D. Comes Sabaudiæ, promittit de suo proprio infra alios duos menses emendare, vel restituere.

Item fecerunt, & faciunt compromissum, quod duret vsque ad festum S. Ioannis Baptistæ mensis Iunij proximè venturi, & ab inde vsque ad annum vnum in personam D. Clementis Septimi, Diuina Prouidentia præsentis Summi Pontificis, & in Illustrem Principem D. Amedeum Comitem Sabaudiæ, de iure tantum, de omnibus, & singulis, quæ vna pars aduersus alteram petere, consequi, vel prætendere posset, vel poterit in futurum, à tempore duntaxat pacis vltimo factę inter dictas partes. Hoc acto inter partes, quod prædicti arbitri teneantur, & debeant sententiam ferre, super omnibus coram ipsis, deductis in Iudicio infra terminum prædictum, & possint in cognoscendo procedere simpliciter summariè,

& de

& de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, & vt alias breuius fieri poterit, & dictam eorum sententiam ferre in loco, in quo sibi placuerit.

Item conuenerunt, & conueniunt, & protestati fuerunt, & sunt ad inuicem prędictæ partes ante contractus prædictos, quos pro repetitis haberi voluerunt, & volunt in principio, medio, & fine, & in singulis partibus præsentis compromissi, & alias non facturi, quod præsens compromissum obliget quemlibet prædictarum partium pariter, & ęqualiter quoad iuris efficaciam, & effectum, ita quod pars altera nō obligetur, nec illaquetur, nec obligata esse teneatur parti alteri, nisi prout, & sicut, & quemadmodum pars altera, & quælibet ex eis ipsi obligabitur, & obligata esse requiretur, efficaciter irreuocabiliter, & legitimè. Et istud capitulum duntaxat intelligatur, & extendatur ad minores ætatis. Et in quantum ipsos tangit tantummodo, ita quod eodem modo quemadmodū minores obligentur, & aduersa pars obligetur, & non aliter.

Item in casu quo contingeret (quod absit) decedere, durante tempore præsentis compromissi, aliquem ex ipsis arbitris, eo casu alter superuiuens habeat solus, & insolidum omnimodam potestatem eligendi aliquem sibi in socium, qui habeat vna cum alio potestatem similem, vt alter habebat dum viuebat. Et quod si essent aliqui processus, vel acta iam facta, coram prædictis arbitris valeant, & super eisdem possit ad vlteriora procedi, vel sententia ferri, per deputatum, & arbitros prædictos, dum tamen non sit suspectus alicui partium, de qua suspitione ipse arbiter habeat cognoscere, decidere, & iudicare.

Item, quod in casu, in quo vnus ex ipsis arbitris non posset obstantibus aliquibus impedimentis ad prædicta vacare, quod ipse idem possit alium loco sui confidatum partibus deputare, qui habeat cum alio eandem, & similem potestatem, quam habebat ille, qui ipsum deputauit, & ordinauit ad prædicta etiam vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè. Et quod si essent processus, vel acta iam facta coram prędictis arbitris, valeant, & quod ex eis possit ad vlteriora procedi, vel sententia ferri per deputatum per arbitros prædictos.

Item, quod omnes subditi adhærentes, & colligati vtriusq; partium prædictarum, dum tamen non sint banniti, vel forensiti, possint ire, stare, morari, redire, negotiari, & conuersari, liberè, & impunè, soluendo tamen pedagia, dacita, & gabellas, & alias impositiones per Terras, & dominia cuiuslibet Dominorum prædictorum, sine impedimento quolibet inferendo.

Item, quod omnes subditi partium prædictarum gaudeant, vtantur, & integrè percipiant omnes fructus, reditus, & prouentus bonorum, & rerum suarum, quæ, & quas habent in territorijs, & dominijs partium prædictarum dummodò non sint banniti, vel forensiti.

Item, quod prędictus D. Comes Virtutum non possit, nec valeat durante tempore præsentis treguæ, aliquem contractum facere, nec fieri facere, nec ad eiusdem D. Comitis commodum fieri possit cum Theodoro fratre pręfati Marchionis, nec cum alio eius nomine, siue vice, nec ipse Theodorus per se, vel alium facere possit aliquid, propter quod sibi, vel dictis fratribus suis possit præiudicium

quo-

quomodolibet generari, in fauorem dicti D.Comitis antedicti, nec aliter ad eius procurationem.

Quæ omnia vniuersa, & singula supradicta promiserunt dictæ partes, videlicet. Illust. Princeps D. Otto Dux Brunsuicensis, & Ioannes Marchio Montisferrati, suis & nominibus prædictis, & prædicti D. Iacobus de Verme, Bartholomæus de Placentinis, & Philippus de Casalijs Procuratores, & procuratorio nomine prædicto, & quilibet ipsorum per iuramenta sua in animam, & super animam ipsius D.Comitis Virtutum, super Sancta Dei Euangelia corporaliter præstita sibi adinuicem, & mihi Notario infrascripto stipulanti, & recipienti, more publicæ personæ, omnia, & vniuersa singula supra, & infrascripta vice, & nomine, & ad opus partium prædictarum, & omnium, & singulorum quorum interest, vel interesse poterit, in futurum, & sub expressa hypotheca, & obligatione omnium, & singulorum bonorum ipsius D. Comitis Virtutum, mobilium, & immobilium præsentium, & futurorum quorumcunq; rata, grata, & firma habere, & tenere, & contra non facere vllo vnquam tempore per eos, vel alios quoslibet in iudicio, vel extra, quomodolibet vel venire, sed ea omnia, & singula suprascripta tenere, attendere, complere, firmiter, & inuiolabiliter obseruare cum effectu sicut, & prout, & quemadmodum superius declarantur. Renunciantes, &c. Præcipientes, &c.

Et ego Gulielmus Cicolellus de Verolengo Hipporegien. Diœcesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Secretarius prædictorum Illust. Dominorum Ducis, & Marchionis, his omnibus præsens fui; & hanc cartam rogatus scripsi, & me subscripsi, ac signum meum consuetum apposui in testimonium præmissorum. Et de hoc instrumento præsenti imbreuiando, & in publicam formam redigendo multi alij Notarij vnà mecum rogati fuerunt.

Il giorno seguente, il Marchese Giouanni, & Ottone Duca di Brunsueich accettorono la predetta tregua, delche ne fù rogato vn'instromento da Gulielmo Baua di Grazano detto Bogeri, Notaro del predetto Marchese, collocato nel suo settimo protocollo fol. xxxviij.

Fatta, & conclusa la tregua, e compromesso i predetti, i Procuratori del Marchese Giouanni, e suoi fratelli comparsero legitimamente auanti alli predetti Arbitri, & ottennero vna citatione contro il predetto Conte di Virtù. Ilche intendendo egli, operò malitiosamente, che la citatione non potesse esserli presentata. Ma non restarono però detti Procuratori di richiedere nelli tempi debiti, che per essi Arbitri fosse dichiarato, la predetta Città, distretto, e Castello d'Asti douerli essere restituiti.

Il medesimo anno mccclxxix. alli due del mese di Maggio, per il Conseglio generale della Communità, & huomini di Monteuico fù ordinato, & conchiuso si douessero deputare tre Sindici; i quali in nome della Communità, e distretto di esso Luogo hauessero da giurare la fedeltà ad Otione Duca di Brunsueich à suo proprio nome, per la quarta parte di esso Luogo, e distretto per indiuiso, e per l'altre tre parti, come amministratore, e gouernatore di Giouanni Marchese di Monserrato, per fin tanto, che esso Giouanni fosse arriuato all'età d'anni vinticinque, & altrimenti non fossero obligati ad obedirlo, ne far cosa

per lui, senza speciale licenza del predetto suo curatore, & amministratore per esser buone, & vtili per rafrenare la giouentù di esso Marchese, considerate le opere del quondam Secondotto suo fratello, fu similmente ordinato, che se il predetto Marchese Giouanni venisse à morte, & lo Stato hauesse da venire alle mani di Theodoro suo fratello, quale all'hora staua sotto la protettione, e custodia di Gio. Galeazzo Visconte non si douesse prestare l'obedienza, ne fare la fedeltà ad esso Theodoro senza licenza, e consentimento del predetto Duca suo curatore. Ma ritornando esso Theodoro à casa, sotto il gouerno del predetto Duca gli douessero fare la fedeltà nel modo, e forma soprascritta, con aggiunta d'altri capitoli più seriosamente descritti nel seguente instromento, regato al prefato Gulielmo Cicolello.

In nomine Domini amen, anno Natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, die secundo mensis Maij, Actum in Monteuico, in domo Communis Montisuici, præsentibus testibus vocatis, & rogatis Illust. Viro D. Raymundo de Nola, & Egregijs Viris D. Iacobo Spadenface Monaco Budeta, Thomasino Brancaccio de Neapoli militibus, D. Gerardo, & Georgio ex Marchionibus Ceuæ, D. Stephano de Çereseto, Francisco de Bolerijs, Vito Vagnono, Petrino Asinario, & Georgio Turcho, & pluribus alijs, generali congregato consilio in domo Consilij Communis, & hominum Montisuici, & in loco prædicto, fuit obtentum, & firmatum, quod per infrascriptos Vicarium, Sindicos, & Gubernatores, ac Consiliarios loci prædicti, nomiquorum sunt hæc.

D. Franciscus de Momatis de Pontesturia Iurisperitus Vicarius.
Ogerius Fauzonus.
Henricus de Moresio.
Andræas Vascus Sindici, & Sindicario nomine Communitatis, & hominum Montisuici, de quo sindicatu constat instrumento recepto per Conradinum de Turre Notariũ hoc eodem anno, & die.
Thomas Persicus.
Georgius Beccha.
Gulielmus Gagletus.
Petrus Garbena Thomeni.
Manuel Baudizonus.
Faciotus Biglionus.
Facius Liprandus.
Richerinus de Richerinis Gubernatores, & gubernatorio nomine Cómunitatis, & hominum Montisuici; & & infrascripti Consiliarij dictæ Cómunitatis, & prædictorum hominum Montisuici.
D. Raphael Donzellus.
D. Ogerius Fauzonus.
Manfredus Vogliacius.
Mastrinus Fauzonus.
D. Bernardus Fauzonus.
Nicolaus Cauderarius.
Iacobus Valpengus.
Ludouicus Bermedus.
Casteuacius Peolotus.
Ioannes Ghigleta.
Gabriel Ferrarius.
Iacobus Cusinotus.
Constantius Rogerius.
Cleminus de Leone.
Manuel de Scagnello.
Ioannes Cunator.
Iacobus de Vermete.
Gulielmus Vargus.
Gulielmus Cerrutus.

Gulielmus Barberius.
Bartholomæus de Rippa.
Antonius Robinus.
Bartholomæus de Vegnabene.
Martinus de Ceua.
Petrus Parmesanus.
Nicolaus Grossus.
Georgius Buccha.
Iacobus Vitalis Fornaserius.
Conradus Crossus.
Laurentius Petrucha.
Petrus Ansuina.
Raymundus de Tecto.
Bartholomæus Verna.
Gulielmus Bosius.
Thomas de Salino.
Gulielmus Albritus.
D. Andræas Vaschus.
Bartholomæus Vaschus.
Ardizonus Vaschus.
Girardus de Gossolengo.
Ludouicus Dorerius.
Petrus Garberij.
Georgius de Meglorijs.
Blaxius Ferretus.
Iacobus Surdus.
Henricus Corderius.
Franciscus Iuge.
Georgius de Fenogio.
Henricus Rubeus.
Iacobus Tornator.
Gulielmus Roccha.
Fenoglius de Fenoglijs.
Antonius de Braida.
Antonius Auenentus.
Bartholomæus Piolotus.
Oldinus Scassus.
Antonius Niger.
Iacobus Perlaschus.
Magister Pascualis.
Henricus Borgarellus.
Manuel Baudezonus.
Vbertus Faudezius.
Armosius Magistri Facij.
Iacobus Garzia.
D. Henricus de Mor.
D. Georgius Tracollus.
D. Ludouicus Biglionus.
D. Marchio de Mor.
Faciotus Biglionus.
D. Manuel Biglionus.
Henricus Thom.
Augustinus de Paleis.
Antonius Phs.
Bartholomæus Tracollus.
Facius Liprandus.
Ioannes Bertonus.
Franciscus Cauallerius.
Anselmus Ricardus.
Andræas Phs.
Antonius Vachinus.
Raymundus Beccharia.
Iacobus Mansuinus.
Andræas Bertonus.
Iacobus Qualia.
Henricus Foroglanus.
Gulielmus de Bernardis.
Ioannotus Brunus.
Gulielmus Bouerius.
Obertus Alexius.
Obertus de Vaudo.
Henricus Amayr.
Antonius Grassus.
Ioannes Ghiglocius.
Petrus Mollea.
Dominicus Gilius.
Galuagnus Carmianus.
Iacobus Barius.
Martinus Bealecius.
Nicolaus Bonardus.
Raymundus Ductus Consiliares prædictæ Communitatis, & prædictorum hominum Montisuici reputantes, & representantes totam vniuersi-

uersitatem, & Communitatem loci, & districtus Montisuici.

Ordinentur tres Sindici in præsenti Consilio, qui vice, & nomine totius Communitatis, loci, & districtus Montisuici faciant, & iurent fidelitatem Serenissimo Principi, & D.D. Ottoni Duci Brunsuicensi suo proprio nomine pro quarta parte loci pro indiuiso, & districtus prædicti, ac Communitatis, & hominum, & singularium personarum loci, & districtus prædicti. Prò alijs autem tribus partibus, faciant, & iurent pro se, & hæredibus suis masculis ab ipso descendentibus legitimis fidelitatem, & Sacramentum fidelitatis D. Duci prædicto recipienti curatorio, administratorio, & gubernatorio nomine Illust. Principis D. Ioannis Marchionis Montisferrati præsentis pro se, & suis hæredibus masculis ab ipso legitimè descendentibus, tali modo, & forma, quod prædictum Commune, & homines, loci, & districtus Montisuici, ac singulares personæ eiusdem loci, omninò sint, & esse debeant ad obedientiam, & mandatum dicti D. Ducis pro dicta quarta parte, pro se, & hæredibus suis, vtsupra perpetuò, & etiam pro alijs tribus partibus contingentibus dictum D. Marchionem, vsq; quo prędictus D. Marchio attigerit vigesimum quintum annum, & donec ipse D. Marchio compleuerit ætatem prædictam, eidem D. Marchioni nullatenus obedire teneantur, nec ipsum recipere, nec quicquam pro ipso facere, sine expressa licentia D. Ducis prędicti, curatoris, & administratoris eius, ac totius Marchionatus; cum bonum sit, & vtile restringere iuuentutem Marchionis prædicti, habito respectu ad opera Illust. D. Secundiottonis Marchionis Montisferrati quond. eius fratris, &c. donec ipse D. Ioannes compleuerit ætatem prædictam; fiat etiam fidelitas prædicta, modo quo supra, in manibus Serenissimi D. Ducis prædicti per omnes, & singulos Gubernatores, Consiliarios, ac alios in præsenti Consilio existentes eorum nomine proprio. Per omnes, & singulos autem à quatuordecim annis supra, & qui non attigerint septuagesimum annum existentes, & habitantes in districtu, loco, & posse dicti loci Montisuici, & per illos, qui non sunt in præsenti Consilio, fiat fidelitas, & Sacramentum fidelitatis in manibus magnæ scientiæ Viri D. Francisci de Nomatis, recipientis vice, & nomine dicti D. Ducis pro quarta parte, vtsupra, curatorio, & gubernatorio, ac administratorio nomine eiusdem D. Marchionis modo quo supra.

Item extitit ordinatum, & firmatum in præsenti Consilio prædicto, quod si casus contingeret (quod Deus auertat) quod Illust. D. Ioannes Marchio prædictus decederet, adeò quod Marchionatus perueniret ad Theodorum fratrem D. Marchionis prædicti, qui est sequens successurus in Marchionatu, quod tunc nulla fiat obedientia, nec fidelitas Theodoro prædicto, sine consensu, & licentia dicti D. Ducis, ipso Theodoro existente in manibus, & ad protectionem, & custodiam Comitis Virtutum, in qua nunc est, seù alterius nomine dictæ Communitatis; quotiescunq; autem dictus Theodorus venisset, & esset in custodia, & gubernatione D. Ducis prædicti. Tunc & eo casu fieret fidelitas dicto Theodoro, eo modo, & forma, qua supra extitit ordinatum, in persona Marchionis Ioannis præsentis, videlicet, D. Duci gubernatorio nomine pro dictis tribus partibus, vsq;

quò dictus Theodorus dictam ætatem vigintiquinque annorum compleuisset, non obediendo tamen dicto Theodoro, donec peruenisset ad dictam ætatem completam. Post dictam verò ætatem eo modo obediretur dicto Theodoro, dummodo esset extra manus dicti D. Comitis Virtutum, & in sua libertate, & non aliter, nec alio modo, quo obediretur Marchioni Ioanni præsenti post completam ætatem prædictam pro dictis partibus prædictis pro indiuiso.

Forma autem fidelitatis fit in hac forma, videlicet, quod Martinus Falzonus, Henricus de Moresio, & Andræas Vaschus, Sindici, ac Sindicario nomine, & nomine, & vice Communitatis prædictæ, ac suo proprio nomine, de quo sindicatu constat instrumento recepto statim per Conradum de Turre Notarium. Et dicti Gubernatores, & Consiliarij prædicti eorum proprio nomine iurant ad Sãcta Dei Euangelia tactis sacris scripturis, in manibus Serenissimi Principis, & D. D. Ottonis Ducis Brunsuicen. præsentis, & recipientis suo proprio nomine, & pro hæredibus suis legitimis ab ipso descendentibus, pro quarta parte pro indiuiso, & pro tribus partibus, curatorio, gubernatorio, & administratorio nomine nepotis sui, carissimi Illust. Principis D. Ioannis Marchionis Montisferrati pro ipso Marchione, & hæredibus suis legitimis, ab ipso legitimè descendentibus præsente, & consentiente, omnia, & singula suprascripta, & infrascripta, & prædicta fieri requiren. quod ipsi perpetuo erunt obedientes, fideles, & legales homines dicto D. Duci pro sua quarta parte, & pro alijs tribus partibus curatorio, & gubernatorio nomine dicti D. Marchionis, donec compleuerit dictus D. Marchio vigesimum quintum annum. Post autem dictum vigesimum quintum annum, reducant se ad obedientiam dicti D. Marchionis prædicti, pro dictis suis tribus partibus, prout supra extitit ordinatum.

Item, quod non tractabunt, nec perquirent, nec perquirentibus consentient, imò toto posse obuiabunt, si essent in loco vbi prædicta tractarentur, & quod aliqua iura in bona cuiuscunq; conditionis existant, quæ possideant, & teneant Domini prædicti, & in futurum possidere, & tenere contingerit non minuantur eisdem; sed illa procurabunt augere toto posse. Et si aliquid viderint, vel sciuerint, seù audiuerint, quod venire possit, in damnum, & iacturam ipsorum Dominorum, illud notificabunt D. Duci prædicto, tanquam Domino suo, pro dicta quarta parte, pro indiuiso, pro alijs tribus partibus curatorio, administratorio, & gubernatorio nomine dicti D. Marchionis vsque ad tempus prædictum. Post autem dictam ætatem fiet ipsis duobus notitia de prædictis, aut deputato, vel deputatis ab ipsis Dominis. Secreta autem, si quæ sibi imponerentur per prædictos Dominos, seù alterum eorum, illa nemini propalabunt; saluo quod, si alter ipsorum Dominorum contra alterum aliquid mali perquireret, illud notificarent illi Domino contra quem perquireretur.

Item expressè conuenerunt cum D. Duce prædicto, ac iurauerunt tactis sacris scripturis, vt supra, dicti Sindici nomine dictæ Communitatis, ac suo proprio nomine, & dicti Sindici, Gubernatores, & Consiliarij eorum proprio nomine, quod dicto D. Marchioni, seù Theodoro fratri dicti D. Marchionis, in casu in quo

succe-

succederet in Marchionatu post mortem Marchionis præsentis (quod Deus auertat) non obedient, nec obedientis erunt in aliquo, vsque quo compleuerit ætatem viginti quinque annorum, immò vsque ad tempus prædictum erunt obedientes D. Duci prædicto, nec alterum ipsorum, seù ambos, receptabunt in Dominum, seù Dominos sine expressa licentia dicti D. Ducis, Rectoris, Curatoris, & Gubernatoris eorum. Post autem dictam ætatem completam haberet locum in persona dicti Theodori, illud quod supra in Marchione præsenti extitit ordinatum; Transacta ipsius Marchionis prædicta ætate; saluo si dictus Theodorus succederet in Marchionatu vt supra, ipso existente, ad postulationem, & in manibus Comitis Virtutum, seù alterius eius nomine; translacta, & præterita similiter dicta ætate viginti quinque annorum, conuenerunt quod eidem Theodoro non obedirent, nec obedientes essent, donec esset extra manus prædictas, & in sua mera libertate, & cum D. Duce prædicto.

Item, quod facient guerram, & pacem ad mandatum dicti D. Ducis suo proprio nomine, & gubernatorio nomine quo supra, ac singulos amicos dictorum Dominorum pro amicis eorum tractabunt; Inimicos pro inimicis quemadmodum ipsi Domini facient. Ac omnia alia, & singula obseruabunt, quæ quilibet boni, fideles, & legales homines Domino suo facere tenentur, & debent, & omnia, & singula, quæ in capitulis nouæ, ac veteris formæ fidelitatis plenius continentur.

Quæ omnia, & singula suprascripta, prædicti Sindici nomine dictæ Communitatis, Vniuersitatis, & singularium personarum districtus loci prædicti, ac suo proprio; & dicti Sindici, Gubernatores, & Consiliarij eorum proprijs nominibus per se, hæredes, & successores suos obseruare promiserunt, & iurauerunt, dicto D. Duci stipulanti suo proprio nomine, & gubernatorio nomine, quo supra, & mihi Notario stipulanti, & recipienti nomine, & vice, cuiuscunq; & quorumcunq; interest, seù interesse poterit, in futurum; obligando omnia, & singula bona Communitatis, & sua pro obseruatione prædictorum. Reseruatis omnibus iuribus Asten. Ecclesiæ fidelitate excepta, quæ remanet semper ipsis D. Duci, & Marchioni, & eorum hæredibus masculis ab eis descendentibus; de quibus omnibus, & singulis præceperunt per me Gulielmum Cicolellum Notarium fieri publica instrumenta.

L'anno millesimo trecentesimo ottuagesimo primo, hauendo Vrbano Sesto, Sommo Pontefice nella contesa del Pontificato trà lui, & Clemente Settimo, priuato la Regina Giouanna fautrice del predetto Clemente figliuolo di Carlo Terzo Rè di Sicilia, & Apulia del Regno di Napoli, come inimica della Chiesa richiese in agiuto, e fauor suo Ludouico Rè d'Andegauia, quale gli mandò Carlo figliuolo del quondam Aloisio Prencipe di Durazzo con numeroso essercito. E giunto à Roma fù da Vrbano creato Senatore, e dopò alquanto tempo coronato Rè di Napoli; ilche intendendo la Regina Giouanna, mandò li Capitani suoi con potente comitiua per prohibirli l'ingresso del Regno. Ma auuenne, ch'essendo la potenza di Carlo maggiore dell'essercito suo, non gli potero far resistenza, e furono rotti. Onde Carlo vedendosi vincitore, sollecitamente con l'essercito cauakò à Napoli,

Napoli, la qual Città senza contrasto alcuno ottenne. La Regina Giouanna vedendo la Città in poter dell'inimico, à fattica, & al meglio gli fù possibile, si ridusse nel castello di Louo, doue fece subito mettere l'assedio, & essendo Giouanna posta in questi termini, al soccorso suo sopragiunse Ottone Duca di Brunsueich suo marito, che nel tempo dell'ingresso di Carlo in Napoli si ritrouò absente da essa Città, insieme con Giouanni Marchese di Monferrato, e con quanto presidio di gente haueua potuto radunare da diuersi luoghi. Et quì fù commessa vna attroce battaglia, nella quale Ottone, & la maggior parte delli suoi rimasero prigione, nelle mani de gl'inimici. Et il Marchese Giouanni insidiosamente alli vinticinque del mese d'Agosto del predetto anno fù morto; onde la Regina abbandonata da ogni presidio, venne poi nelle mani, e potere di Carlo, del cui commandamento fù per fine à gl'vltimi giorni della vita sua ritenuta, e conseruata in honorate carceri, come più singolarmente descriue Giouanni Nauclero Preposito Tubingense nel secondo volume della sua Cronographia, nella generatione xlvij.

Theodoro secondo.

Theodoro secondo minore fratello, e successore di Giouanni terzo, fù nutrito in compagnia di Azo, figliuolo di Gio. Galeazzo Visconte, & d'Isabella figliuola di Carlo Rè di Francia, sua prima moglie, per infino, che esso Azo morse, ilche interuenne l'anno mccclxxij. che fù l'ottauo anno dell'età del predetto Theodoro, e l'vltimo della vita del Marchese Giouanni suo padre, come di sopra si è detto. Et dopò la morte di Azo Gio. Galeazzo lo ritēne ancora in gouerno suo, & appresso di se, per fine all'anno mccclxxxxv. nel quale anno Gio. Galeazzo fù creato Duca di Milano, da Vinceslao Imperatore, come al luogo suo vederete. Et oltre dopò, che esso Gio. Galeazzo fù fatto Duca anni cinque, che sono in tutto vintiotto, fù il predetto Theodoro dignissimo Prencipe, di bella statura, espertissimo nel mestiero dell'armi, eccellente giostratore, huomo di singolare prudenza, & amatore della Giustitia, e Religione.

Si è veduto di sopra nella trigua, e compromesso fatto l'anno millesimo trecentesimo settuagesimo nono, in Clemente Settimo Sommo Pontefice, & Amedeo di Sauoia, trà Ottone Duca di Brunsuich, e Giouanni Marchese di Monferrato, e fratelli suoi per vna parte, & Gio. Galeazzo Visconte Conte di Virtù per l'altra; come dubitandosi il predetto Duca tutore, e gouernatore di essi fratelli, che Theodoro, quale in quel tempo era appresso del predetto Gio. Galeazzo, & in poter suo, non fosse indotto, & sedotto à fare contratto alcuno con esso Gio. Galeazzo, prouide per vn capitolo, contenuto in essa tregua, che detto Theodoro non potesse far contratto alcuno, con Gio. Galeazzo predetto, quale potesse fare pregiuditio ne à lui, ne à suoi fratelli. E nientedimeno l'anno millesimo trecentesimo ottuagesimo secondo, essendo per la morte del Marchese Giouanni peruenuto lo Stato al Marchese Theodoro, quale in quel tempo ancora si ritrouaua in Corte, & in potere del predetto Gio. Galeazzo, come si è scritto di sopra, fù necessitato, & indotto à comporre la pace con esso Gio. Galeazzo, sopra le guerre precedenti, con vn perniciioso capitolo trà gl'altri, cioè che ciascheduno di loro potesse liberamente tenere, e possedere qualunque luogo, che si tenesse per forza dell'altro. Et per vigore di esso capitolo il predetto Gio. Galeazzo occupò la Città d'Asti, al predetto Marchese Theodoro.

L'anno millesimo trecentesimo ottuagesimo quinto, del mese di Marzo, il Marchese

heodoro cominciò la guerra contro il Conte di Sauoia, la quale durò mesi cinque; & in sa guerra furono pigliati per la gente del Marchese al detto Conte, circa dieci milla huomini, che si dimandauano Tuggini, che vuol dire tutti vno, ouero di vna volontà; li quali poi per sentenza data per Gio. Galeazzo Visconte, furono rimessi al predetto Conte i Sauoia.

L'anno millesimo trecentesimo ottuagesimo settimo, alli otto del mese d'Aprile, l'Inditione decima, nella Città di Pauia, in casa dell'habitatione di Madonna Bianca, madre i Gio. Galeazzo Visconte, Conte di Virtù, dopò lungo trattato fù conchiuso il matrimonio trà Madonna Valentina figliuola del predetto Gio. Galeazzo, & Ludouico Duca i Turonia, Conte di Valesio, e di Belmonte, alla quale fù constituito in dote dal prefato io Galeazzo la Città d'Asti, con gl'altri castelli, Terre, e luoghi di Astesana, il dominio, gnoria; della quale dopò la morte del Marchese Giouanni detto Gio. Galeazzo, con li odi, vie, & induttioni narrate di sopra haueua vsurpato; la constitutione della cui dote contiene nell'instrumento sopra di ciò rogato à Pasquino Capello, figliuolo di Baldessare ittadino di Cremona, alla presenza di M. Giouanni di Viena Caualliero, M. Fransco di Caßanages Caualliero, Orbaydo di Cassaroue, Antonio de Porris Conte di Polenio, Giacomo di Verme, Mormeo di Valegia, M. Bartolomeo di Giacomo Dottore, & M. Faustino de Lantanis Dottore, Consiglieri del predetto Gio. Galeazzo, secondo la rma del seguente instromento.

Copia dationis in solutum Dominæ Valentinæ.

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo quadrigenesimo tertio decimo, Indictione sexta, die penultimo mensis Ianuarij. Cum ropter pericula, viarumq; discrimina instrumenta, & alias autenticas scripturas osse, & debere exemplificari, constat legibus esse cautum. Et idcirco Mag. D. . Ludouicus de Montegaudio gubernator Ciuitatis, districtus, & Capitaneus Asten. & Pedemontium, &c. pro Illustriss. & Inclyto D. D. nostro Carolo Duce Aurelian. eorundem Ciuitatis, districtus, & Capitaneus, &c. Domino instante, etente, & requirente; Discreto Viro Damiano de Valpono Ciue Ast. Notaio, Procuratore, Fiscali, & procuratorio nomine D. Ducis prælibati commisit, in mandatis dedit, mihi Andreæ Vaynerio Notario Ciui Ast, quatenus exemplare debeam quoddam instrumentum publicum dotis Illust. D. D. Valentinæ uondam Ducissæ Turonij, & Aurelian. cuius quidem instrumenti tenor talis st: Nos Ioannes Galeaz Vicecomes, Comes Virtutum Mediolani, &c. Imperialis Vicarius generalis. Vniuersis, & singulis præsens instrumentum inspecturis, cum tractatus matrimonij per Dei gratiam celebrandi, inter Illust. Principem arissimumq. nepotem, futurum generum nostrum, D Ludouicum Ducum Turoniæ, Comitemq; Valesij, & Belmontis super Iiaurum, & carissimam natam ostram Valentinam factus, & concordatus fuerit, modo, & forma, contentis n litteris, seù instrumento, quarum tenor noscitur esse talis.

Tenor tractatus matrimonij D. Valentinæ.

In nomine Domini amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis atcat euidenter, quod anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto,